

Præfertim cap.  
luius libri.

Commodissima  
descriptiōni ratio

Etare descriptionem, poterit obiter & pulcherrimæ artium omnium elocutioni consulere, dum parat inuentionem. Necesse est autem quisquis uolet rem aliquam describere, ut omnem eius naturam proprietatemque exacte perspectam habeat. Quantumque distabit à notitia rei, tantum à facultate aberit eius describenda, & proinde, aptè commodèque de ea differendi. Quemadmodum enim sèpè iam diximus, Dialectice solam inueniendi docet rationem, res ex penitioribus artium petendæ sunt penetrabilis. Atque ex eis inueniantur oportet, quæcunque inueniuntur. Illæ materiam præbent inuentioni, Dialectice uiam docet. nisi illis in rebus, quæ in vulgaris opinione notitiâq; omnium positiæ, notiores sunt, quam ut sint descendæ præceptione, & quæ usu quotidie teruntur in manib; quoniam apertæ sunt enim, sola propè ad differentium de eis sufficerit Dialectice: materiam nobis is quem communem uocamus sensum rerum humanarum, suppeditabit. Qui nouerit autem rem, quam descripturus est, omnemq; eius uim naturæ peruiderit, illi promptum est expeditumque reperire omnes in ea locos: & uidere etiam, qui loci quibus rebus conueniant, aut non conueniant. Nec enim omnes est in omni re inuenire. Et quidam rebus per se conueniunt: alijs conueniunt quidem rebus, sed non nisi in pronunciato dispositis. Quæ cuiusmodi sunt, subditio exēplo descriptionis, facile uidebitur. Fiet descriptio commodissime, si sic instituatur, ut ex eis quæ singulis è locis ducimus, & re describenda, pronunciata fiant: sic, ut subiectū res sit quæ describitur: id quod ex loco ducitur prædicatum. Nisi tamen q; loci erunt, in quibus commodius fecus sit, ut cum species rei sumimus. Ibi enim aptius res fiet prædicatum. Genus enim natura de specie, nō species de genere prædicatur. Et si qua alia erunt eius con-

ditionis, quæ non erit difficile uidere. Quanquam in reliquis propemodū nihil est quod impedit, quo minus omnia quæ ducuntur ex locis, possint prædicari de eo, à quo ducuntur. Nam & definitum de definitione prædicatur: ut, animal rationale est homo. Contrà, aptius fieri non abnuerim: uerùm hoc tamē non fiet incep̄t. Quare in his, quanquam liberum sit hoc uel illo pacto facere, malum tamē, quò minor sit errori locus, præscriptum prioris legis seruari, ut res de qua queritur, subiectum sit: quod ex loco inuentum fuerit, sit prædicatum. Vt si sumamus exempli gratia describendum hominem: primū dicimus ex definitionis loco, homo est animal rationale: deinde: quia hominis genus est animal, dicimus, homo est animal. Pro speciebus hominis accipimus omnia, in quæ diuisionis lege ea, quam priore libro diximus, homo potest diduci. Non q; possit homo quidem diuidi in ueras species: sed quia ad inueniendi uiam, præstant idem illa in quæ homo diuiditur illo pacto, quod præstant uerae species, in quas diuiditur genus. In quibus cū habeat homo generis uicem, ut modo diximus, prædictetur de eis oportet. Dicimusq; homo doctus est homo, & homo indoctus est homo. Possimusque hoc eodem modo per omnes diuisionis ire differentias, ducta (quemadmodū prædiximus) propemodum ex omnibus locis diuisione. Post h.e.c., proprium propria hominis sunt, homo capax est doctrinæ, homo est rationalis, homo est natus ridere. Ex totius loco nihil erit for-  
tasse, quod de homine dicatur: ipse nanque per se homo totū est. Nisi uellemus forte dicere, homo totius mundi pars est. Partes autem hominis eo pacto quo partium diuersitatem priore libro fecimus, haud difficile erit inuenire. Coniugata erunt, humanus, humanitas, humane, ut dicamus, homo est hu- manus, homo præcipue debet expetere humanitatem, homo

3<sup>o</sup> actus ex parte

Partes.

Coniugata,

debet omnia facere humanè. Nemo autem credit hic erratum esse, si uerbis per se repugnantibus, ut fiat ex eis pronunciatum cum rei de qua querimus, alia addatūr uerba, quò posint commodius in pronūciati formam cum re concludi. Cum enim per se dicatur ineptè, homo est humanitas: additis aliquibus uerbis, ut sit, homo præcipue debet expetere humanitatem, commodè dicetur. Simili ratione descriptio per reliquos ducetur locos. Nihil enim attinet omnium ponere exempla, quando longum id esset, & facilius sit, quam ut indicandum sit. Adiacentia & actus maximam & immensam proponendum copiam præbebunt inventioni. Ex subiecti loco, nihil est quod de homine dicatur. Cum sit enim homo generis carum rerum, que per se subsistunt, in subiecto nequit esse. Sic & cause, & cuncta, & connexa, in his præcipue rebus que agendi patiendū generis sunt, primas perspē sibi uendicāt partes. Locus & tempus, describendis singularibus rebus, ut Ciceroni, ut Catoni, ut Romæ, ut Athenis, bello Punico, cladi Cannensi, multam suppeditant plerunque materia. Genera vocata, singulare ac iduudum non sunt.

Adiacentia.  
Actus.  
Subiectum.

Cause.  
Euentia.  
Connexa.

Locus.  
Tempus.

Genera vocata, quinque, singulare ac iduudum non sunt. Cōtingentia, non men rei, pronunciata, comparatio, similitudo.

Cōtingentia, non men rei, pronunciata, comparatio, similitudo. Contingentia, ducta sunt, adiungentur. Ut si dicamus, homo loquitur, loqui actus quidā est hominis: cui contingens est, quod p̄sitacu effingit uocem humanam. P̄sitacus autem homini comparatus, non est contingens: sed specie diuersum. Effingere autem humanam uocem ad loqui genus est. Quicquid enim loquitur, uocem humanam effingit: sed non quicquid effingit uocem humanam, loquitur utiq; quoniam animalia que citra intellectum

Diuersum sive non lib. differēt. Diversum sive non lib. differēt. non est contingens: sed specie diuersum. Effingere autem humanam uocem ad loqui genus est. Quicquid enim loquitur, uocem humanam effingit: sed non quicquid effingit uocem humanam, loquitur utiq; quoniam animalia que citra intellectum

id agunt: non loquuntur. Sed hominem loqui, comparatum ei quod est p̄sitacum effingere humanam uocem contingens est. Sic etiam, tuſire hominem ad id quod est, hominem loqui, contingens uocamus. Similiter in loco qui nomen uocatur, si dicas, homo uocatur, nil uidēris dicere, quod ad eum locū pertineat, nisi addas iam ei pronunciatum id, quod dici solet, quoniam factus sit ex humo: uel simile quiddam. Ex eo quoque loco, qui pronunciatorum dicitur, nihil itidem posse simpliciter dici, hinc patet, quod quisquis de re pronunciaturus est, neceſſe est pronunciatu id faciat: quod quia cōſtare oportebit ex re, & eo quod de re dicitur, neceſſario ex aliorum locorum aliquo ducetur. Comparationes itidem, & similitudines rerum, non fiunt per se rerum ad res, sed ſemper accipitūr aliquid in re, per quod fiat eius ad aliam rem comparatio. Homo per se nulli comparatur, niſi capiamus in eo, uel magnitudinē corporis, uel uires, uel celeritatem, uel quācūcunque alia talia capi poſſunt, in quo reliquias uel animalibus uel hominibus comparetur. Oppoſita & diuersa, quia ſolum negatione pronunciantur, nihil est quod per ſe deſcribendae rei conferant: niſi alijs locis adhibeantur, ut uel in comparationes, uel similitudines transferantur, uel aliorum locorum uifum. Ut quemadmodum dicimus, homini est ſtudiū honestatis, cura diſcendi: adiacentia ſunt hæc. Sic dicimus etiam à contrarijs, homini est odium uitiorum, uitatio ignorantiae. Et ex diuersis hominis, brutis nullus est uitiorum uitritutumque delectus, nullus respectus scientiae aut ignorantiae. Illud etiam admonuſſe uolumus, utiliſſime singularis res, & ut quaque notissima eſt, ab his deſcribi, qui primam huic curae afferunt manum. Vberius enim, quia singularia ſunt, omnes inter ſe locos continent. Et quia nota ſunt, faciliorem præbent inueniēdi

Comparata.

Similia.

Oppoſita.

Differentia.

**RODOL. AGRIC. DE INVENT.**

uiam. Quia constat hæc facultas usu præcipue & crebra experiendi consuetudine. Alendus enim spe est animus, quisquis maius aliquid conatur. nec sumus inter principia maxime operis difficultate deterrendi. Nonnunquam enim maiora propemodum viribus nostris, uel per hoc solum præstamus, quid speramus commodè præstare nos posse.

Quod grāce ἐπεργοί. Id est, pura mētaque narratio seu explicatio. Hesychius λόγῳ γράφει, id est, euidentem terminos orationēm interpretari. Is quoniam communis nō vocamus sensum. J. Commune & innatum ferme omnibus de rebus iudicium. Ne quis parum cautus, de eo sensu communi exsistim loqui R odolphum, quem physici isti nostri enumerant in ter sensu illos, quos vocant interiores. Quam prior libre diximus. Libri primi cap. septimo. Quiso autem te lector, siccine Rodolphum locuturum fuisse credis, si haec ad tertium spectaret librum? Non quid homo posfit diuidi in veras species? Non ita, inquit, accipiendo haec sunt, quia ego exsistim hominem in veras species diuidi posse: et enim species infinita, quae alias non se species non habet. Sed idcirco pecunierum memini, quod can in qua homo diuidi posset, quod adiungentur artificiationem, nihil à specibus differunt. Quia de re legi superioris libro caput sextum.

Cum sit enim homo generis eam rerum que per se subsistunt. ] Hoc est, cum sit homo substantia, seu in genere substantiarum. Bello Punico. ] Trium bella punica gerit. ROMANI: quorum primo, yictis naturali praelio Carthaginibus, finit fecerit COS. LUTTUS: alteri, p[ro]p[ter]a APHRIANICUS: maior, victo Hannibale: tertio, APHRIANUS: minor, CARTHAGINAE: ipsa curta. Cladi CANNENSI. ] Quiam accepte ROMANI apud CANNAE, vbi (vel LIUJI dicam vires) quadrangula milia pedium, duo milia septingentis equites, & tanta propter ciuium fociorum que pars, eis dicuntur. Quoniam sit ex humo. ) Ab hunc dico hominem, author est M. Varro. Sunt qui diuersum sentiant, verum nuditat hunc locum, Illud per te quisius annaducent, ea que hoc capite docet Rodocephus, eadem re esse cum ijs, que Erasmus tradit secundo libro Copia de colligendis exemplis: quaeque sini apud Rodocephum ipsum, in epistola quadam de formando studio, ad Iacobum Barbarianum.

Tertio ad locorum usum necessarium hoc esse, ut postquam res singulae iuxeratione precedent per suos locos duxerimus, tum eam reum, de quibus dicturi sumus, locos inuicem comparemus, & prouide-  
bit ut ab consenserint inter se aut differint, ita res quoque aut con-  
uenire aut discrepare dicamus. CAP. XXXI.

CAP. XXI

E I uero qui parauit hanc describendæ cuiusque rei facultatem, hoc est, ut posset uidere, quid de re quaque ex omnibus locis dici possit, utiliter erit deinceps.

1. qui velut De usi locorum  
ex locis omni praecepit ter-  
ram emere ut pie di-  
m accedat ad reges  
in primis locis prius ubi  
inveniuntur.

ad huiusmodi agere quæque alterius, alterius omnibus: uideatque, quid consentaneum possit in eis et quid dissensu inuenire. Quatenus enim iuberet roboz predicatorum ei come mense vide erat si illi possint predicari de aliis eorum quod omittuntur sicut maxime in necessariis et non in primis figurae et possint in claudere abserentibus subiecta abserent predicatione. In ruris figurantur et predicatione 3 in genere quo sunt alieni ipsi a locis propinquos locis similiis sed de predictis 3. parte deinde videtur an in aliis eorum locis tunc dicens rationib[us] per diuinis scriptis et ergo 3. ea de his locis ut in his roboz prout conseruare dicuntur sicut non posse de his locis connuermann et deinceps

DIALECT. LIB. II.

146

consentient inter se loci, eatenus etiā res altera de altera non negabitur. Quatenus autē discrepāt loci, non poterunt etiam ne res quidem inter se conuenire. Si quando uero ducetur idē ex diuersis utriusque rei locis, quemadmodum sc̄epe fieri suprà ostendimus, si modō id quod duictum est ē locis, certū ha beat cum re utraque consensum, certo etiam uinculo res inter se conuenient. Quærenda autem erunt per omnes locos iam consentanea, postea rursus dissentanea: tentandumque hoc pacto, quid in utrunque partem de re proposita possit dici.

Sumamus in exemplum, philosopho habenda est uxor.  
Hic primum philosophum per suos explicemus locos simili-  
ter & uxorem. Definiam philosophum esse hominem diu-  
narum humanarumque rerum notitiam cum uirtute sectante.  
Pro genere erit homo, quanquam exactius intuenti subiectu-  
situ. Species erunt: Stoicus, Peripateticus, Academicus, E-  
picureus, & quæ reliqua sectæ philosophorum numerantur.  
Proprium est, cura scientia cum uirtute. Totum & partes:  
eadem quæ hominis. Coniugata: philosophia, philosophari.  
Adiacentia: pallor, maces, horror, & asperitas frontis, se-  
ueritas uitæ, morum <sup>ad quis</sup> integritas, amor laborum, rerum huma-  
narum incuria, contemptus noluptatum. Actus: studere, uigila-  
re, laborare: aliquid tale semper efficere, quo melior ipse, me-  
liores alij siant. Causa efficiens est: philosophus qui docuit  
eum, & cura, & iugis intentio studiorum, quibus didicit. Fi-  
nis: bene tranquilleque uiuere. Effecta sunt: mores hominum,  
uitaque rectis institutis emendata, & edita precepta uitæ.  
Cōscripti libri usui & memorie posteritatis. Destinata sunt:  
omnia quæ consequendæ philosophiae causa paravit. Conne-  
xa sunt opes: eius qualescumque, discipuli, ueneratio, fama.  
Locus: patria in qua natus, locus in quo uersatur, publicus,

V i

et aspectui omnium expositus, ut qui omnis sit uita prebiturus exemplum. Item habitatio satis certa, cum debeat urbium populorumque corrector et emendator esse. Tempus, ut etas eius: iuuenis an senex. Accidentium loci, ut praediximus, quia in solam et simplicem rem non ueniunt, melius in toto pronunciato quod sumptum est, perspicientur. Hoc pacto, etiam erit explicanda uxor per suos locos. Primumque definienda, ut sit uxor mulier in consortium uitae liberosrum causa legitime accepta. Hic pro genere erit mulier. Species erunt, haec et illa uxor. Proprium, liberos parere. Totum et partes (ut de philosopho diximus) non aliae quam hominis. Coniugata: uxorius, uxorie. Adiacentia: affectus matrimonialis, amor uxorius, cura aliedae eius, pudicitia, aut negligientia tori. Actus: blandiri, queri, rixari, suspicari, emullam metuere, iura genitalia reddere, parere, educare, et communem re familiarem curare. Subiectum (quoniam nuc uxorem sicut et philosophum tanquam substantiam accipimus) non habet. Causa efficiens est, consensus coniunctioque matrimonij. Finis est, procreatio liberorum, conservatioq;. Desinata sunt, opes quibus ali posuit, reliquarumq; rerum ad toleranda matrimonij onera apparatus. Connexa, maritus, opes, dos, nobilitas. Ipsum etiam uxor nomen ad connexa pertinet, et carius rerum generis est, que ad aliquid uocatur: uxor enim mariti est uxor, et maritus uxor est maritus. Nos autem in presentia uxorem non tanq; pro qualitate uxor: sed pro substantia que ab ea denominatur accipimus. Locus et tempus in generalibus his questionibus, hoc est, qua proposita alio loco diximus uocari, per conditionem inferuntur, ut dicamus, quid si peregrina sit? quid si iuuenis? quid si senex? Per se enim nihil horum est in uxor's persona accipere, sed per conditionem

*Vxori per suos explicatur locos*

*marij quoque pugnare  
vix per se ueniret  
erat recte potius  
non ad ceterorum q;*

*Cap. 8. hucus lib.*

potius adducuntur, suntque et eorum que supra memorauimus et in philosophi et uxor's persona pleraque huius generis. Quia tamen crebro insint eis, et in alterutram partem sunt propensiora, ~~et in~~ <sup>h</sup> in conditionalibus accipiuntur. Accidentium loci que sequuntur, eadem ratione se habent in uxor's nomine, quemadmodum in philosophi et hominis habere praediximus. Verum hi loci, qui ex conditione inferuntur, non incōmode ad contingentium referantur naturam. Quantum enim iuuenem esse uel senem, non sit contingens uxori, cui inest iuuentia uel senectus: huic tamen quod est, philosophum habere uxorem, contingens est, iuuenem habere uxorem, uel habere senem. Sicutque ista in uxore ad philosophum relata contingentia sunt: sic et in philosopho haec academ relata ad uxorem, sunt contingentia. In eis autem rebus, in quibus de certo aliquo singularique facto differitur, hic locus aptius excutitur, plusque confert, antecedentibus, adiunctis, consequentibus inspectis: que omnia priore libro sunt explicata. Sic iam inspicimus nomen philosophi, et nomen *Cap. iii.* uxor's, quid eorum uis proposito nostro afferat. Sic pronunciata de hac re, quid quisque magni nominis author bac de re, in hac uel illam partem dixerit. Sic comparata sunt ex philosophi persona, ecquid imperatori in exercitu agenti, an seruo, an rectori ciuitatis habenda sit uxor? Ex uxor's persona, an philosopho habendus sit amicus firmior; an seruus, an concubina. Similia (ut alio loco diximus) nisi simul ex utrisque subiecto et praedicto sumi non possunt, ergo ea continuo aut affirmatiue aut negatiue pronunciare de proposito oportebit, ut doceamus similitudine accepta, philosophum uel habere debere uxorem, uel non habere. Oppositorum, et diuersorum nisi in negatiuis nullus ferre usus.

V. iii

**RODOL. AGRIC. DE INVENT.**

Cum fuerint ergo, quæ describenda sumus, hoc more per locos deducta, tum conferendi sunt (ut diximus) loci locis: & uidendum, qui quibus conueniant. Ex his enim affirmatiæ de proposito statuemus. Qui discrepabunt, hi propositum subuentent. Primumque per omnes locos consentanea scrutemur: ut sumpta definitione philosophi, qui scrutatur diuinæ & humanae res cum cura virtutis, conferamus huic ordine ea, quæ ex nomine uxoris sunt ducta. Definitio uxoris non multum dabit, nisi ea parte, quæ ponitur in definitio- ne philosophi, cura virtutis, & in definitione uxoris, causa liberorum querendorum. Quæredi enim liberi, cum cura vir- tutis, uidentur conuenire: quoniam officium virtutis uidetur liberos procreare. Deinde genus uxoris, mulier, naturæ or- dine iuncta uidetur. Species uxoris, si sumamus clari nomi- nis feminas, quarum pudicitia & virtutum inclita memo- ria est, etiam non discrepabunt. Digna enim consuetudo ea- rum, talibus uiris erit. Poterimus hoc pacto definitio- ne philosophi, per omnes locos uxoris circumferre, & tentare o- mnia. Deinde reliquos ex ordine locos, qui in philosophi no- mine sunt, eadem ratione quemadmodum de definitio- ne diximus, cum omnibus locis uxoris coniungere, & experiri qui conueniant: eos uero qui non conuenient, intactos relinquere: bi enim cum postea dissentanea codem ordine queremus, quo consentanea que suimus, materiam inventioni nostræ dabut.

Quod si etiam contraria sint aliqua inter se, quæ ex alte- ra parte ducentur, inuenienda tamen utrisque consentanea erunt. Quemadmodum Stoicus & Epicureus repugnant, quoniam hic virtutem expetit, ille aspernat. Ergo huic uoluptas tori genidisi, & blanditiæ, benignaque uxoris con- suetudo, & gratia formæ, consentanea erunt. Stoico uero,

DIALECT. LIB. II.

148

cura procreandorum liberorum, & studium coercendæ libi-  
dinis, ne alia quam quæ permissum est rapiat. Hic etiam na-  
scuntur arguméntationes illæ, quæ propriè enthymemata Rho-  
tores voluerunt dici: cum diuisa una re per duo oppôsita, u-  
trunque deinde affirmamus uel negamus, quod in enumera-  
tione suprà comprehendimus. Cicero complexionem uoluit  
id uocari. Quale est, uxor uel decora est uel deformis. Vide-  
tur quidem primo aspectu, si altera sit ducenda, alteram du-  
cendam non esse. Qui tamen uolet utriusque consentanea que-  
rere, dicet decoram ducendam esse, in spem pulchritudinis li-  
berorum: deformem, ut exerceat continentiam mariti. Sic qui  
dissentanea querent, dicet, decoram suspectam esse, deformem  
inuisam. Nec uero primo statim conatu desistendum est, si  
consentanea querenti, prima duorum locorum collatio paru  
respondeat. Sed conferendi iterum, adhibendique ad eos e-  
runt ali loci, quibus consentanea esse peruincantur. Qualia  
sunt Thucydidis nonnulla, contra communem sensum opinio-  
nemque dicta: quæ tamen adhibita probatione, confirmat.  
Agitandumque hac ratione ingenium, nec acquiescendum so-  
lum eis, quæ ultro se proferunt: sed erunt etiam quæ latent e-  
ruenda. Sic enim paulatim facultas illa parabitur magna ex  
parte, quam tribuit orationi Cicero, ut nihil tam improbabili-  
le sit, quod non hac via probabile uideatur. Vxus tamē ho-  
rum exercitamentorum hic præcipuus est: Descriptionis qui-  
dem, quod per eam facilem assequimur omnium locorum in  
qualibet re, uelut uno sub aspectu intuitum. Nec enim satis est  
scire locos in omni re inueniri posse: sed oportebit promptos  
esse, & uelut nutum nostrū expectâtes. Præterea, qui nequi-  
bit rem propositâ per locos describere, nihil est quod inuen-  
turi ex locis certa se ratione confidat. Hoc enim primū est

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

1. g. locutione  
utilitas compa-  
nionis  
serit

totius inventionis caput: ex quo commode tractato, omnia copiosissime proferuntur. Comparatio uero inter se duarum rerum descriptarum per singulos locos, hanc praestat utilitatem, ut quicquid inuenierimus, facile aptemus in instituto nostro, & in usum argumenti traducamus, & uideamus etiam, quod inuenitum nostrum aptum sit argumento, quod ineptum, & quid in hac illamue partem magis prospicit nobis: & si quid conatu nostro repugnat, ut id ne attingamus quidem. Si dicamus enim, cuicunque est cura uirtutis, ducet uxore, ergo philosophus ducet uxorem: si neget aduersarius id, quod propositum est, hoc est, ducenda esse uxorem, cuicunque sit cura uirtutis, i.e. hac inuentione (qua ex philosophi nomine ducta est) habere curam uirtutis, nihil egerimus: nisi habeamus aliud ex persona uxoris inuentum, cui hoc sit consentaneum: ut dicamus, cuicunque est cura uirtutis, procreabit liberos: ergo cuicunque est cura uirtutis, ducet uxorem. Similiter quod in philosophi descriptione positum est, contemptorem esse cum uoluptatum & dolorum, cuicunque inuentorum ex uxoris persona adhibeas, frigidum & sequere argumentum conficies. Id uero quod sequitur in philosophi descriptione, incuria rerum humanarum, dissentaneum ferre uidetur omnibus eis qua ex persona uxoris ducentur. Ergo in his danda erit opera, ut si non prosint, obsint quam minimum. Ut dicamus, philosophum non uxoris molestia, non orbitate liberorum a coniugio determinit iri: quoniam contemptor sit uoluptatum & dolorum. Sic etiam, eum non amore filiorum, curaque parandae eis hereditatis amplioris, aut uxoris desiderio, in uitia cupiditatis, aut avaritiae prolapsurum: quoniam sit sibi incuria rerum humanarum, solum ergo philosophum immoxie bona matrimonij malum toleraturum. Sic qua per se quandoque obstantia uidetur,

DIALECT. LIB. II.

149

contra obstantia alia munimento sunt. Et quemadmodum reliquis in rebus, sic hic fit, ut quae per se in malis numerarentur, aliis comparata malis, in remediorum habeantur loco.

Hec quidem fundamenta sunt omnis inventionis: quae quisquis recte firmiterque iecerit, exiguis in reliquis restabit labor, parataque est his omnis dicendi materia: & quicquid dicturi copiam potest instruere, hac uia colligitur. Sola deinceps opus est ratione, quae praesenti rerum usui apterista, & ordinet ea disponatque, & uelut in acie producat.

Adiacentia, affectu matrimonialis.] Amor vxoris hic dicit amor vxoris erga matrimonium. Curam autem vxoris alende, ego putis maritum potius quam vxoris adiaces esse. Negligenter tori. ] Animus ad alterius quam mariti torum propensior. Quoniam hic virtus expedit, ille alpenatus. ] Hie, Stoicis: ille, Epicurus. Ne cui imponat religio aliorum, qui purant pronomine hic, semper ad propinquos antecedens referri oportere. Quae proprium enthymemata Rhetores voluerunt dicere. ] Enthymema quid sit, explicativum est supra, libri huius capite decimoquarto. Quoniam hoc argumentandi genus, de quo hic loquitur Rodolphus, ipsi enumeratio fuit inducitio potius quam enthymema est: id quod nec ipse hoc loco diffimulat. Cicero complexio voluntate vocari. ] Complexio inquit Cicero primo R. rhetororum est, in qua virtus conceperit, reprehendit ad hunc modum: Si improbus est, cur vteristi probus, cur accusas? Alij id argumentandi genus dilecta voluntate, diuina Hieronymus logiogrum cornutum. Quale est, Vxor vel decora est, vel deformis. ] Reponsum hoc est Biantis, qui interrogatus a quo dicitur, ecquid sibi ducenda est vxor. Aut formosam, inquit, habebis aut deformem: si formosam, ei cum pluribus tibi erit communis; si deformem, ea crux tibi erit, & dolor. Horum virtutumque natus, non est ergo ducenda vxor. Legi Gelli libri quinti capitulo vnde dicendum. Quam Cicero tribuit orationi. In Paradoxis Cicero. Sed nihil inquit, est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile, nihil est tam horridum, tam inicuum, quod non splendet oratione, & tanquam excusat. Velut nuntium nostrum expectantes. ] Ductum a ministris, ac famulis diligenteribus, qui corrum, quibus famulantur, etiam mutus spectare solent, nemus anticulare verbis.

Quae sit summa eorum, quae dicta sunt hactenus de locorum usu.

CAP. XXII.

V T ergo denus omnia tamquam sub unum conspectu, summa eorum quae tota uique preceptionis huius amplitudinem in una colligamus, ubi materia differendi fuerit oblata, si quidem sit formata questio, nihil est quod in hac parte laboremus. Sin rudis (ut ita dicam) materia dictio proponatur, qua ratione sit in questionis coiicienda forma, docuimus, quantum tamen id preceptione potius assequi-

Complexio.

Dilemma.

Corinus syllogismus.

Biantis recipio

Supra. cap. 12

Cap. 7, 8, &amp; 9

Cap. 11.

Cum habuerimus autem formatam quæstionem, tū diligēter est etiā atque etiā expetenda, cuius generis quæstionum sit, ex omni illa (quam suprā explicuimus) quæstionum uarietate. Nec enim facile quis inueniet, quod sunt probationes omnes referendæ, nisi rectè naturam quæstionis cognitam habuerit. Deinde tū uidere est, quo pacto hæc quæstio, quæ totius disputationis est caput, plures diducatur quæstiones: quod cum hic locus à nobis tractaretur, pro uiribus est explicatū. Iam iudicij nostri erit, quas quæstiones inter primam quæstionem comprehensas tractandas putemus: quod tamen ex conditione rerum & utilitate nascatur oportet: cumque ea deliberandum est ante omnia, quas quæstiones credamus tractandas, quas remittendas: & an solam eam, quæ prima est sufficere arbitrenur. Ut in quæstione quam modò pro exemplo possumus, an philosopho ducenda sit uxor: utrum in hac quæstione solum de philosophi persona, de qua queritur, discerere uelimus, an prius generalem in hac inclusam quæstionem explicare, an cuiquam ducenda sit uxor. Sic etiam, an optandi philosopho liberi, quod ex hac etiā pendet quæstione, utrum id latius uelimus fundere, & propria quæstione sua tractare, an solum simplicis argumentationis formâ breuiiter colligere. Sic an expetendæ philosopho diuitiæ, an philosopho cura rei familiaris obeunda, & reliqua omnia argumenta ex locis ducta, quæ latius arduius tractari pro dicētis arbitrio possunt, & suas quæstiones accipere. Cū fuerit autem constituta nobis quæstio, siue unam, siue plures faciamus, eadē erit omnium, quæ cuiusque confirmadæ ratio, ea quæ proximo loco diximus: ut acceptis in quæstionibus, ex quibus argumenti aliquid duci poterit (poterit autē ferè ex omnibus quæ pónetur in quæstione) describamus ea, perq; locos

omnes ducamus, & tum ex consentientium, aut discrepantium ratione, prout de quæstione pronuntiamus, in banc uel illam partem argumenta colligamus. Nā de quæstione, quæ expositione explicatur, minus suscipitur negotijs, praesertim cū de facto aliquo queritur, cuius tantū ordo, id est, initia, decursus, exitusq; sunt receſendi. In eius uero ubi cauſæ rerū queruntur, quia possunt unius rei quādoque esse multæ cauſæ: aut habitudo qualitatue rei alicuius inuestigatur, ut qui querat, quibus rebus, aut quo genere uitæ Cato tantum uirtutis nomen sit affectus: nō oportebit utique argumentari eū, qui de hac quæstione differet: sed solum integrè, seu erè, iustè, constanter, prudenter, facta, dictaque Catonis expositione colligere. Argumenta tamen & semina omnia confirmandarum laudū Catonis ponet, ex quibus si quereretur an fuerit laudandus Cato, idem id colligi posset. Sed quia genus hoc quæstionis credentes habet auditores: non enim queritur, an fuit laudandus Cato, sed quibus rebus tantum laudis sit affectus: idcirco expositione poterit ea quæstio absoluta. Quod in omnibus his ferè rectissime fit, in quibus auditor non certans, sed discéps sustinet personā. Hæc ubi fecerimus, peruiderimusque cuncta, quibus sit nobis opus ad id quod instituimus docendum, tum facilè uidebimus, quod ad formandā orationem pertinet, an res ea ex qua nascitur quæstio, quæ per argumentationem est explicanda, simplex sit, & que solum proposita quæstione possit intelligi, quales sunt, quas proposita diximus uocari: an sit, & multiplex, & sinuosa, quæq; ex uaria & flexuosa rerum oriatur serie, ut sunt cōditionales quæstiones, & ciuiles pleræque, ad quas recte percipientes longior narratio præcedat oportet. Deinde cum nostrā auditorumq; personas, & rerum de quibus simus dicturi cō-

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

ferimus astimationem: & cogitamus quas aures nobis auditores, quas eis qui contra nos dicent, si qui dicent contraria, sint adhibituri: quasque prius adhibuerint, si qui prius quod nos dixerint, tum non erit difficile iudicium nobis, an sit exordio parandus aditus ad animos eorum, & cui uel occurrentum in commodo, uel spei incumbendum: cum uiderimus quid sit nostrarum partium, quo uel premamur maxime, uel cui faueatur. Sic & peroratione, an tam multiplex res tantaque fuerit argumentationum copia, ut sit auditoris memoria enumeratio reficienda: an ea sit natura rerum, ut queri de nostra conditione, mouere lachrymas: ira, odio, indignatione miscere auditorum animos debeamus. Omnia nos rerum personarumque conditio rectissime admonebit, si cuncta consideremus, quemadmodum diximus, cum loqueremur de his partibus orationis. Omnia ex eisdem ducenda locis erunt, ex quibus argumentationes ostendimus duci: sive doceamus, sive benevolentiam, iram, odium, misericordiam, aliosue moueamus affectus: solisque cuncta hec questionum capitibus, quod inventionis est, distant. Validissimi autem affectus perspècte oratione, quæ expositioni quam argumentationi, similior est, mouentur: sive tamen & argumentatione ut alio docimus loco. Colligendi tamen acumen, omnisque tenuior illa argumentandi subtilitas uitanda est. Vtque semel dicam, puritas illa docentis oratoris, & impetus affectibus turbantis, sicut inuentione nihil distant, ita eloquèdi propè extremis sunt finibus discreta.

FINIS LIBRI SECUNDI.

Cap. 17.

Toto lib. i.

Libri huius ca. 4

<sup>151</sup>  
Rodolphi Agricolæ

PHRISII DE INVENTIONE

Dialectica, Liber tertius.

ARGUMENTVM LIBRI HVIVS.

R I A sunt, quæ explicatur hoc libro, quæ ratione mouèdi affectus, quomodo obstantis oratione auditor, quo in re quavis ordine, quævis distinctione vtendum. Porro, quanobrem contra eam librorum distinctionem, que in scripto etiam illo exemplari erat, hoc placuerit initium libri tertii, haec res mihi in causa fuit: Videbam ex ijs quæ hoc ipso libro dicit Rodolphus, tres ab ipso libros de intentione dialectica scriptos fuisse: cum dicat capite decimoquarto, itemque decimoquinto, se proxime, ac priore libro, tradidisse ea, que secundo ab ipso libro explicata esse, suis indicabimini locis. Et ruris capite duodecimo: quemadmodum secundo, inquit, libro demonstrauimus. Et ego, & nobis hic retinendum erat librorum numerus. Verum no posse id fieri ea ratione quæ alijs fecerant, superioris libri capite decimoquarto à nobis offensum est. Quocirca nulli vixit comodissima fecundèdi ratio videbatur, si ab hoc loco tertii libri initium fecisset, præterim cum nihil vixquam occurseret, quod huic distinctioni magnopere repugnaret: esentque his plane confitentia ea, quæ secundo capite libri superioris ab Rodolpho dicuntur. Nam cum illie quatuor fibi eo libro ex plicanda proponant, quid dialectice, & qui eius sit finis, quæ materia, quod instruendum, quomodo ex locis paranda differenti facultate: quæ potuit congruenter horum librorum esse discreto, quām ut illic explicanda proponuntur, ea relinqueremus libro secundo: reliqua in tertium hunc conjecteremus. Que milii vel idcirco admonenda hic erant, ne quis protinus noutate distinctionis offendat, temere, ac sine fine, omnina, non tam mutata, quām depravata contaminataque esse vociferaretur.

Affectus quid sit, unde oriatur, & quibus potissimum rebus nos moveat. Tum quomodo dividantur affectus, & è quibus oratores maxime sibi laudem meruerint.

CAP. I.

Voniam autem de affectibus dicere locus admodum ruris li. 1. cap. 1  
dictum me de eis priore rerum tracta de affectibus vi  
tu pollicitus sum: paucis, quæ natura eorum, quæ

uis sit dicam: ut cum cognitos eos teneat, qui inuenire cupit, paratum habeat tanquam scopulum <sup>parum rapax</sup> invenientiusque naturam, ad quem sint omnia arguenda uelut tela dirigenda. Affectionis autem mili non aliud uidetur esse, quam impetus quidam animi, quo ad appetendum auersandumque aliquid uehementius quam pro quieto statu mentis impellimur. Omnis itaque

Lib. 2. ca. 17 &  
ruris li. 1. cap. 1  
de affectibus vi  
de Fab. li. 6.

Affectus quid.

de affectis & quoniam de  
tempore a gravis patet  
tempore sedis plenaq  
in tempore affectus  
patetq; resolutus & fr  
comitis ambi patet  
in tempore sedis plenaq  
opere & tempore affectus  
dicitur

*Januaria fons fo mala p a n a c i o n  
in auti p o h e re m u l t o p r o m i n e n t e s  
propositi in dignissima et rafinata ro*

**RODOL. AGRIC. DE INVENT.**

*fundens in p o h e r a pro RODOL. AGRIC. DE INVENT.*  
*Spentum bonum in n i f i s p o l i t i c a n i s p o n h o*  
*ei uera et n i f i s p o h o*  
*efficiuntur et in d i c y*  
*vehi*

Duo in omni affectu que p̄cipiūnos moueantur.

*obligatio p r e f e r e n t u l p r e*  
*re c i n g u l e f i n i t u s , p r e*  
*ri n g e f a c i a n z u i o n*  
*f o l y j u l i a d e u r o b e p p*  
*v e p u r o f o p u r u n t u p u*  
*s e n s t h a j u l d y , n o p*  
*l e n s t h i p i u s f o c o p*  
*p r e f e r e n t u l p r e v i d e n t e x p a*  
*p r e c i s i t y u l f o c o p*  
*j u a f e c t u n t o p o s o n*  
*a g u o r o f a s t a n q u e a g*  
*D e i t p u g n a r e j u a f e c t u*  
*affec t u n t o p o s o n*  
*subsecuunt*

affectus, si ex appetendarum rerum, uel auersandarum studio nascitur. Appetimusque, quæcumque uel reuera uel in spe. ciem bona sunt: contrâ auersamur, quæ noxia sunt, uel nocitura creduntur. Nec solum afficimur eis, quæ nobis bona putamus, aut mala; sed alienam quoq; uicem dolemus, gaudemus, irascimur, miseremur. In omni autem affectu duo sunt p̄cipiū, quibus mouemur: res que accidit, aut expectatur, & persona ad quam res ea reddit. Quæcumque ergo res digno cōfigerit, siue bona ea sit, siue mala, gaudemus. Cōtra, si qua indigno, ferimus molestię. Et si quidē bona sit, inuidemus, irascimur: si mala, miseremur, & in doloris uenimus societate. At in his affectibus, qui in suam cuiusque ueniunt personam, res sola plerunque sufficit affectui, & per quam breuis est de persona cunctatio. Nemo enim ferè non sibi fauet. Quicquid bene cesserit, id digno sibi: quicquid secus, indigno id euenuisse persuadet. Vnūt & quandoque in partem rei persona, non quidem cui contigit, sed à qua profecta res est. Vnde perspè, non tam bene, aut secus de re quæ facta est existimamus ex re ipsa, & ex animo, aut opinione eius qui fecit. Vnde scitè apud Comicum dictum est, Vnum hoc scito, contumeliam non me fecisse causa, sed amoris. Et item alio loco, Abs quiuis homine cum opus est, beneficium accipere gaudeas. uerum enim uero id demum iuuat, si quem aequum est benefacere, benefecir. Sed in tractatu rei, persona hęc ad subiecti locum redigetur. Quandoque persona etiam ad subiecti locum pertinet: ut si quis propter uirtutes amet quempiam, uel propter decorum: similiterque oderit in eo uita, uel desformitatem: res quidem sunt uirtus, uel uitium reliquæ, quibus spectatis, animus p̄cipiū mouetur: persona uero uelut rerum quedam sit accessio: quoniam rebus etiam siue persona

**DIALECT. LIB. III.**

152

moueremur, personam sine rebus nihil ad nos putaremus per tinere. Et quoniam rerum subiectum est persona, cum tracta buntur res, in eum locum ponenda erit. Quia tamen affectus complecti p̄cipiū personam uidetur, & nomen affectus illi tribuitur: tametsi prior sit nobis uirtutis, uel decoris curia, sine quibus personam negligemus, ipsa tamen persona est quæ amari dicitur, quam odiuimus, cui inuidemus. idcirco in his pro re sp̄ē accipimus personam, & re inter locos persone collocamus. Nihil autē refert in affectibus, aut sic es se re, aut uideri. Temerarius est enī affectus omnis & p̄cep̄s, rapit mentem, & plerūque alijs ex alio nascitur. Vnde fit, ut de rebus omnibus, nō ex uero statuat, sed bonas eas malasq; putet ex opiniōne, quā inuidit alterius affectus error: uel quā leuiore quacunque & inani persuasione secutus est.

Sunt & affectū diuturniores alijs, qui longo sunt usū firmati: ut amor, odium, inuidia, luctus, metus, & in summa, omnis, quicunque maioris alicuius causæ persuasionē animos obfudit. Alij breuiores, & subiti magis: ut qui cum alijs ex causis, tum orationis uento, tanquam in stipula ignis cōcitantur. Hi quoq; sicut de improviso propemodum prorūpunt, sic celeriter quoque perspè, & quanvis leui cauſa residunt.

Quanquā sit autē capax omnium affectū oratio, & nullus non locū aliquando sibi uendicet in dicendo, duo tamen uel maximē oratoribus laudē tulerunt, odium & misericordia. Sanè Aristoteles in eis libr. quos de Rhetorice scripsit, multos enumerat, & quid sit quisq; quibusq; rebus oriatur, extinguiturq; rursus, copiosissime prosequitur, ut fuit uir ille ingeniosissimus, omniq; rerū copia instructissimus. Que quis quis scire uoleat, ex illo paratu erit inquirere. Mibi uidetur, quisquis cōmuni sensu plane nō erit expers, cū re de qua di-

*naturali d e r o m u p p o d a*  
*g o f f v o n r e u p p e l l a s*

## RODOL. AGRIC. DE INVENT.

*Eturus sit cū auditoris cōtulerit animo, cūque perspiciat quid dicendo uelit efficere, non latitum eum in quod affectus genus sit rapiendus auditor. Deinde quoque, cū res personis (quemadmodum modò prædiximus) cōiunxerint, facile ex re, quod bona ea malāue sit: facile ex persona, quod ea re illa digna sit, aut indigna, deducet.*

Vñ hoc scito contumelia me nō fecisse causa.] Cherea in Eumuchō excusarurus se  
Thaidi, quod virginem vitiasset, inter alia multa dicit & hæc:

Ino, ita quæso, vnum hoc scito, contumcliae

Me non fecisse causa, sed amoris, &c.

Et item alio loco, Abs quiuis homine.] In

Abs quius homine,cum est opus,beneficium accipere gaudeas.  
Verum inimicu*m* id demum iuit,*s* si quem aequo,*s* fit beneficere,*s* facit.  
O frater frater,quid ego nunc te laudem? satis certe scio,  
Nunquam ita magnificē quicquam dicam,*s* id virtus quin superer tua.

*Tripliciteratione affectus posse tractari, & solam tertiam rationem esse loci huius.*  
**C A P . II.**

Prima ratio tra-  
ctandorum affe-  
ctionum

Actatur autem affectus triplici ratione. Aut enim exprimum oratione affectum, hoc est, irati, metuentes, amatis, cupientis, imitamus verba: quae omnis in Comedia, Tragediaq; oratio. Sed haec s habet motus, quoniam personas habet magis in res grandiores. Illa quietos magis & proprius a tate distantes, quia res personaque de medio su in parte, necesse est, cogitationes, uota, querelas, i, preces, contentiones omnes, pro natura cuiusque exprimat oratio. Ante omnia uero elocutionis gene conficitur, ut ipsa dictio, tumultum perturbationem state mentis imitetur. Et est quidem in hac affectuum & praeципue posita ea uis, quam nonnunquam color editctionis. Ut cum eandem rem multi dicat, siue ex quidem siue argumententur, aliis tamen momentis so irati, aliis querentibus, aliis miserantibus tueatur colo rati, aliis ex farricis, aliis ex orationibus. Cof fectio dicitur in hanc et ininde secessio, responde rebus, ut ceteris, ut ceteris, ut ceteris, ut ceteris, ut ceteris, ut ceteris, ut ceteris.

## CAP. II.

DIALECT. LIB. III.

153

rem. In satyra uidemus, idem tribus illis qui adhuc extat, Ho  
ratio, Persio, & Iuvenali, institutum esse, eandemque rem  
tractari. Ea est, ut mores uitamq; emendent, & reprehedat  
uitia. Suum tamen quisque secutus est colorem, Horatius ri-  
detis specie, & ingenuo (ut ipse ait) culpam defigere ludo as-  
sestauit. Persius severiore et prope philosophi personam  
acepit. Docendo itaque reprehendit, & reprehendendo do-  
cet. Iuvenalis indignantis et irati plerique present specie.  
Quare exterior paulo & profluentior carminis compositione,  
magis decuerit eum, sicut & sal <sup>reparatio</sup> amarior plerunque & solu-  
tior orationis libertas. Nec ulla alia in re magis positum esse  
decorum orationis illud crediderim, (quod tantopere in ora-  
tore suo laudauit Cicero, tantaque ubique secutus est obser-  
uatione) quam si ex hac imitatione desumptus sit color: si que  
dicenis persona, ex sua, auditoris, rerumque collata existi-  
matione, apte & diligenter accommodatus. Sed plura de his  
dicere, ad eloquendi magis quam inueniendi perinet ratio-  
nem. Secunda tractandorum affectuum ratio est, cum aliquae  
affectu aliquo concitum describimus. & qua fecerit, qua di-  
xerit, sic explicamus, ut ex omnibus affectibus possit deprehē-  
di. Cuius rei cū multis in locis multa sunt apud autores exē-  
pla, tū egregium apud tragicum nostrum in Oedipode: Pra-  
dicta postquam fata & infandum genus Deprehendit: &  
qua sequuntur, nos tu enim est locus. Huius etiam generis est,  
cū uel nos uel aliū quempiam esse aut fuisse aliqua affectione  
permotus docemus, qua utrilibet modo, & argumentatione &  
expositione possunt explicari. Multū autē interest inter hāc  
rationē & priore illā. Quoniam ex priore solum color assu-  
mitur, quem possumus etiā aliud agere preferre. Sicut enim  
qui obiurgat, plerique irati speciem habet: ita possumus &

# RODOL. AGRIC. DE INVENT.

Aeneid. 4.

*n amore*  
Tractadorū af-  
fectū ratio ter-  
ra.

amantis personam gerētes obiurgare, & indignari, & queri, & reprehendere: quemadmodum apud Vergilium Dido queritur primum: *Dissimulare etiam sperasti perfide tantū Posse nefas?* Deinde iam flagrat ira: Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus author. *Omnia tamen fœminæ furentis colorem habent.* In hac autem parte, non color orationis, sed res ipsa quæ agitur, hoc est, quam docere conamur, continetur affectu: in hoc enim dictio impenditur, ut hoc aut illo pacto affectum quempiam esse doceamus. Tertia via tractantur affectus, est, cum auditoris animum tractare intimir: cūque nō querit oratio affectum docere nostrum, sed eruere excitare que cupit alienum. Hocque est, quod secundo numerant loco, qui tria uolunt oratoris esse munera, docere, mouere, delectare.

Sed hæc ardötes habet motus. ] In Tragœdia, inquit, affectus insunt vehemens, propterea quoniam in illastriores grauiores, personæ quā in Comœdia introducuntur &c. Lege Horatii libellū de Arte Poëtica. Quia res personæ, de medio sumit. ] Quia in communī hominum vita veritatis, & res personali, habet plerumq; humiles ac vires, nonnūquā etiā fordistas. ] *Vt ipsi dicit.* ] Ipse orationis ductus ac veluti color. Loren. ] Habitum, speciem. Horatius idem speciem. ] De hoc Persius Satyra prima:

Onine vater vitium ridenti Placens amico  
Talgit, & adhucius cūcum precordia ludit,  
Callidus excuso populum suspendere nati.

Et ingenio, ut ipse ait, culpam defigere lido. ] *Lapsus memoriz est.* Neque enim apud Horatium hoc carmen legitur, sed apud Persum Satyra quinta. Quo in loco Cornutus inter alia multa his etiam verbis admonet ipsum poëtam Persum:

Verba togo sequeris iunctum callidus acri,  
Ore teris modico, palentes radere mores  
Doctus, & ingenio culpam defigere lido. &c.

Cæterum hanc trium horum Satyricorum diueritatē is demū intelligat, qui omnes singularū Satyras euoluerit, & quidē diligenter. Sal amarior. ] Amantior repreheſio, amantiores loci ac dicta. Solutor orationis libertas. ] Libertas maior, & que minus astricta obnoxiaque vilis sit legibus. Decorum orationis illud. ] Cicero in oratore ad Brutum: Sed est eloquentia, inquit, scit reliquā rerū fundamentū sapientia. Ut enim in vita, sic in oratione, nihil difficultius, quād quid deceat uider. *ap̄t̄w̄* appellant hoc Graci, nos dicamus fāē decorum: de quo praeclarè multa præcipiuntur, & est res cognitio dignissima. Huic ignoratione non modo in vita, sed & poësmi & in poëmatiis & in oratione peccatur. Est autem, quid deceat, oratori videndum, non in sententiis soli, sed etiam in verbis. Non enim omnis fortuna, non omnis honor, nō omnis authoritas, nō omnis etas, nec verò locus, aut tēpus aut auditor omnis, eodem aut verborū generi tractādū est, aut sententiā. Semperq; in omni parte orationis, ut vita, quid deceat est considerādū. Quod & in re de qua agimus possum est, & in personis, & coru qui dicit, & coru qui au-

Decorum.

# DIALECT. LIB. III.

154

dūit. Itaq; hūc locū longē & latē patente philosop̄hi solent in officiis tractare: non cum de recto ipso disputāt. Nā id quidē vnu est, grāmatici in poētis, eloquētis in omni & generi & parte cauſarū. Quād enim indecorū est, de stilicidisi, cū apud vnu iudicē das, verbi ampliſſimi, & locis vti cōmūnib⁹ de maiestate Populi R. o. & summiss⁹ & subtili ter⁹. Hic genere totū, At persona ali⁹ peccat, aut sua, aut iudic⁹, aut etiā aduerſarijū: nec re ſolū, ſed ſepe verbo: etiā ſiae te viis verbi est, tamē ea res ſape aut probatur aut reicitur, alio atq; alio relata verbo. Si omniſbus in rebus vñclū est, quatenus. Et ſi enim ſiuſ ſuq; mod⁹ est, tamē magis offendit nūmī quam part⁹. In quo Apelles pīctores quo q; peccare eos dicebat quo nō ſentiret quid eſſe fati. Magn⁹ eſt hic locus Brute, quod te ſoſ fugit, & magnū volumē aliud defuderat. Sed ad id quod agim⁹ illud fati: cū hoc de cere, quod ſemper vñptamus in dictis & factis, minimis & maximis: cū hoc inquit dece- re dicimus, illud nō decere: & ad id vñqueiquaque quantū ſit appareat, in aliōq; ponatur, aliudq; tot⁹ ſit, vñt̄ decere oportere dicas: Oportere enim p̄fēctionē decere, carat effi- cij, quo & ſemper vñclū eſt, & omnib⁹: deſcre, quia apti eſſe coſtentaneumq; & repō & persona. Quod cū in factis expiffime ſit, in dictis valet, in cultu deniq; in ſelū & in- ceſſu. Contrā id dedecet. Quod ſi poēta fugit ut maximū vñtū, qui peccat tūc ū probā oratione affingit improbo, ſtūlōne ſup̄pī: ſi pīctor ille vidit, cū immolāda Iphige- nia, tristis Calchas eſt, moſtior Vlyſses, miceret Menelau, oboluſiendū caput Agamē nonit eſſe, quoniam ſummi illum luſtu penicillo non poſſet imitari: ſi deniq; hiſtrio quid deceat quarit: quid faciēdū oratori putemus. Apud Virgilii Dido.] Quarto Aeneidos,

Affectus, nunc ex ſoli rebus, nunc ex ſoli personis, nunc ex utriſque duci poſſe. Neq; uero frigidos effe debet, ſed p̄ aulatim augendos: Tū quo- modo augeri poſſint, & quo rurſum modo imminuit.

## CAP. III.

Via nascitur autem omnis affectus (ut diximus) Cap. i. huīus lib;  
Q ſiquidem pro aliena ſuſcipitur persona, ex rei ſpe *ad quæc ui- cie, quæ uel eueniit, uel expectatur, proīde ut ea bo- namalāue creditur: & exiftimatione personæ, quia uel di- gnā eam, uel indignā eo caſū putamus: tertium per ſe acce dit persona, quæ rem opera consiliōne explicuit: quibus uero affectibus pro nobis mouemur, ſufficit quidē res: efficien- tis tamē etiam persona ſepe adiungitur: ſepe etiā & noſtra persona, quod ad dignitatem indignitatemque pertinet, in his ipſis utimur affectibus, ſi quid ea alterutram in partem ha- beat notabile. Ex his ergo, uel omnibus, uel ſingulis ar- gumenta ducentur, pro rerum conditione, & affectus quem conamur excitare natura. Cicero quidem quandoque ex persona ſolū ducit, ut pro Plancio, pro Sylla. Quan- doque ex re, ut in Nauarchorum caſū deplorando, con- nūrādū *for h̄t̄ X*  
*ap̄p̄f̄c̄t̄, m̄l̄t̄, t̄n̄i, m̄n̄l̄ḡe, d̄l̄t̄, ōp̄r̄i, l̄p̄s̄**

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

Quem Clodiani  
postulabat lege  
Cornelia de sua  
rūs.  
Lib. 2. ca. 4.

*120/1. m. l. 1. 1.*  
tra Verrem. Quandoque ex utrisque, ut pro Quintio. Pro Milone uero cum personam Milonis indignam eo casu docuimus, pro re ut alio loco pluribus diximus suam subiecit personā, ex suis lacrymis tāquam iustis maximēq; favorabilibus cassam commendauit. Nō sunt autem eō ducēd. argumētationes, ut colligere uitam, miserendū, iniuidendū, irascedū, fauendū esse. Satis est de re personāque demōstrare, id quod natura affectus postulat: ut res bona uel mala, persona digna uel indigna sit. Quod si recte & ex sententia fiat, sitq; auditoris animus qui oratiōe possit expugnari, sequetur affectus ultrō. Rapidus enim est, & tātu opus est cōpisse. In reliqua, cū semel impetu collegerit, uelut incidentes summis motibus torrentes, præcipiti per declive cursu deuoluntur. Est igitur omnis dicentis in hoc conserenda cura, ut affectum, qui dicendo repente non potest fieri summus, paulatim excitemus oratione: demusque operam, ut rerū & personarum estimationem, in hanc illamē partem, uelut gradibus quibusdam ab infimo ad summum perducamus. Quod tum amplificationem, tum agmentationem Rhetores uocant. Sicut enim in rebus, prop̄ laudis est expers ea quæcumque tantum generis sui nomen tuetur, proximumque est à conuicio, dici (quod dici solet) est quidem homo, sed solum homo est, est doctus, sed præterea nihil. Ingentem rem, spectandam, admirandāq; esse oportet, & que oculos animosque suspendat, que cū que debet iusigni aliquo loco numerari. Sic etiā, ne affectus quidem meretur nomen, quisquis est à mentis tranquillitate proximus. Ergo ut moueri, rapi, ardere dicatur auditor, magnitudo rebus est addenda, pérque omnia quæcumque possimus res extollendae sunt incrementa. Sicut autē quantitate magna quædā pér se in rerū toto genere creditur, ut mons

Paulatim augē  
dos esse affectū.

Id est, nō longe  
à coniūco distat,  
& proptermodum  
coniūcium est.

Nō frigidos sed  
vhemetēs exci-  
tandos esse affe-  
ctus.

Affectus qua ra-  
tionē augeri  
possunt.

DIALECT. LIB. III.

155

omnis, etiam elephas magnus dicitur: alia comparatione magna dicūtur, ut adamās adamanti minori cōparatus, & granum milij minori grano milij, dicitur magnū. Sic etiam in his quorum estimatio initur, & que nostra opinione magni putantur, quedam per se uidentur talia, quedam comparatione tolluntur. Per se magna uidentur, ut religio, patria, parentes, coniuges, filii, uita, ualeſtudo, honor. Et hæc quidem omni hominum generi. Alia sunt magna singulorum opinione. ut quicquid est quod unicuique maiorem in modū desideratur, ut sienti potius, esuriēti cibis, studēti eruditio, auaro pecunia. Cum uolumus ergo aliquid augere, docebimus pertinere ad hæc tuenda, uel paranda, uel ad ea quæ obstant istis depeſſenda. Quanto plura in hoc genere coaceruabimus argumenta, & alia super alia congeremus. tanto fiet res maior. Ut cum docuerimus nō posse quem sine eo de quo differimus, incolumitatem tueri. Deinde addamus, ne uitam quidem in tuto sibi fore. Post hæc, idem periculi parentes manere. Iam patriam quoque & aras focosque in discrimē adductum iri. Pro cuiusque rei natura, ingenioque auditoris hæc erūt adhibenda. Videlicetque, ad quam partem rerum earum, que uel ab omnibus magni putantur, uel priuatim ab his qui audiunt, id quod in orationem uenit, possit accommodari. Nāq; & hoc inter utilissima fuerit, uidere, quid is apud quē dicimus, maxime probet: quā ueretur, in quē sit prior affectus. Alius enim ab ira facilius aufertur, aliis est aduersus misericordiam infirmior, quosdam iniuidia torquet, aliquos prō prius metu cōcussit. Ergo & hæc & quibus rebus facilius in ista ferātur, diligenter erit explorandum. & qua parte facilius uictoriā cedent, ea erūt acerrimē oppugnandi,

Cōparatione uero res tolluntur, aliis quidē nō expressa

Dupliciter rē  
paratiōe augen-

X iii

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

per orationem comparatione, sed tacite audientis animo collecta; alias aperta, et dicendo demonstrata. Prior iste comparationis modus sit, uel cum rem de qua differimus in partes spargimus, et uelut unam in multas distribuimus. Multa namque, inquit, quia plura sunt, maiora quoque uidetur. Sic qui bellum dixit, omnia quacunque solent in bello fieri comprehendit. At qui metus hostiles, praedas, incendiaque uillarum, expugnations oppidorum, eadem popularium, impensis militares, uastationem agrorum, famem, egestatem, omniamque ferro et flamma diruta, omnia sanguine conspersa dicit, quanquam nihil ille plus dixerit, id tamen consequetur perspecte, ut cum sic dixerit, dixisse omnia: cu aliter, hoc est, solo belli nomine, nihil feret dixisse uideatur. Præterea maiora uidentur que instant, quæ que uel præteriorunt ex multo, uel futura sunt. Quoniam hæc spei metus locum admittunt: illa, solatum desideriumue percipiunt, facta iam tandem fine rerum. Ergo si res de qua differitur præterit, aut adhuc futura est, colligendum tamen est, ea secuta esse uel præuentio, que in præsentia benè aut male nos habeat, prout est rei natura de qua dicitur. Adhæc præsens rei consperitus præcipue penetrat animos, nec est res ulla ad mouendos effectus potentior. Segnius enim (ut inquit Horatius) irritat animos demissa per aurum, quam que sunt oculis subiecta fidelibus. Detectæ itaque sunt in aduerso pectori cicatrices in concione, et uulnera deligata in iudicis, et parentum cognatorumque lachrimæ, infantium pueroru atas, reorū sordes prolate in conspectum, et præsentibus aptata oratio. Quod si minus res patitur fieri, oratione tamē conatur quæ maximè datur, rem uelut in conspectum dare, et oculis subiucere, quod describenda re, et imagine eius uerbis exprime-

DIALECT. LIB. III.

<sup>156</sup> da, eo quod è vñegatis Græci, nostri euidentiam interpretati sunt, maximè consequuntur. Aperta uero cōparatione res crescent, quoties aliis quibus eas præferimus adhibetur, et earu collatione magnitudo ipsarū colligitur. Sicut autem in quantitatibus, quoties duæ plurimæ conferuntur, maior est ea que sola manet, et quam non usquequaque aliarum magnitudo aſsequitur: Sic in hac comparandi ratione, quicquid aliquid habet quod non sit sibi cum aliis commune, ea parte reliquis maius uidetur, qua solum eminet, reliquasque (ut ita dicam) à tergo relinquit. Cicero itaque, cum pro M. Marcello restituto, Cæſari gratias agit, præsentem illam clementiā omnibus bellicis Cæſaris prætulit laudibus. Quoniā bellicæ rei decus, et milites et tribuni et auxilia etiā muneri sibi asciscerent: uellentq; cuncti uenire in eius societate glorie, hæc autem clementia, solum sua esset. Et bellicas laudes multa turbulēta, aspera, horrida, qualia fert bellorum necessitas, habere: clementia laude benigna, plena modestia, plenam fauoris esse. In bello quoq; uires humanas humanis uinci uiribus: clementiā animos pectoraq; inuentium, qui iniucti uiribus sint, placare. Hæc itaque quia clementiæ cōuenient soli, præferruntur hac in parte bellicæ uirtuti. Quod si quis è diuerso uolet colligere, quibus rebus bellica uirtus à clementia separetur, poterit eam similiiter multis præferre clementiæ. Clementiam enim pacatis conuenire rebus, et pacis potius ornamentum esse, q; periculorum præsidium, bellicam uirtutem, rebus in ultimu disserimen adductis succurrere solere: et patriam parentesque ab his que uictori collibuisserent defendere. Et clementia laudem uelut in medio positam cuius posse contingere: bellorum gloriam non nisi rarissimum quenque consequi. Sic etiam, non hominis modò, sed omnium animalium esse

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

clementiam: ignoscere enim omnia, & post iras iterum pacari contineat res nutu ditioneque sua, omnes quidē solius esse dei, plurimas autem eius uideri, qui deo proximus sit, quod bellica laude in primis paratur. Poterint autem bēc argumentationis exempla per omnes locos duci. Posue-

*6. 3. topico et an-*  
*sys to pulchra amplissime*  
*in toto illo loco non in aliis*  
*aut. go. omnibus in pincipiis*  
*topicis copias expolitatis*  
*non dicitur, ut in rebus*  
*meritis amplissime facilius*  
*et ornatis pulchri-*

Quomodo in  
minuediffed,  
vbi cōcitatiam  
fuerint.

*qui dicitur illis*  
*aut. ex diocesano, care de eis cogimus auditore. Hęcque, una est ratio soluēdoriū*  
*reducere deinde ad vitū affectū, ut pacata rursus cōpositāq; mēs trāquillitatē redi-*  
*tus ubi est enim datur. Alter affectus cōtrariūs discutimus affectib; et irā*  
*et pess. & dīcīs. p. p. parata nobis regerimus in authorē: uel cōciliata misericor-*  
*di*

DIALECT. LIB. III.

157

dia impetus eius mollimus: & euocato quandoque undecunq;  
nouo affectu, prioris obliuisci cogimus. Potentissimus autē ad

soluēdōs subditos & recens concitatos affectus est risus.

Vnde in causa Murenae Cicero nihil aq; uideatur opposui-

se Catonis, & Sulpitij maximorum iurorum autoritati, quā

letissimam illam suam facete dicēdi festiuitatem: sicque omnic

iudicium solutum est risu, ut Cato, quanuis natura & institu-

tione, ipsa quoque accusatoris persona, quam sustinebat, hor-

ridior, cū tamen risum tenere nequiret, feratur dixisse, Di-

boni, quām ridiculum Cōsilem habemus. Demosthenem quoq;

tradunt cū pro Aristide dicturus esset, in quem uehemen-

tissimè iudices accenderat accusatorum oratio, reclamare-

tūr que ab omnibus sibi, & uelut prædamnato iam reo silen-

tium imperaretur, orauisse, ut bona illorum uenia liceret pau-

cissima extra causam uerba facere. Quod cum permetterēt,

aut, Megarensem quēdam studiū operatum Athenis, cum re-

dire in patriā uellet, conducto asini imposuisse sarcinas. Me-

ridie uero, cū nulla umbra, qua solis ardorem leuarent ipse

& agas, præberetur: statuto in iua asino, cōstituit illius um-

bra solem uitare: eaque cum non sufficeret ambobus, agas si-

bi illam uendicare, sūi illam affirmare iuris esse, operas illi

non umbram locatam: contrā ille cōtendere umbram inter o-

peras esse. Cumque diceret orator, grauiissimè inter eos de

umbra asini altercatum, uideretque omnes risu quat, & ex-

bilaratos iudices esse, tum grauiissima eos increpuit oratio-

ne, qui possent de umbra asini differentem audire, de salute

civis, quod eos iudicij religio cogeret, audire non possent, tū

cōpisse de causa dicere, remque liberasse. Constat autem

bēc facultas, natura primum, quae cū in omni re multū, tum

in hac plurimum potest. Deinde quod proximum est, crebro

*vide Fab. lib. 6.  
& C. c. 2. de orat.*

# RODOL. AGRIC. DE INVENT.

usu. Sunt tamen etiam tradita eius præcepta, quatenus tradi  
præceptis potest, quorum authores Cicero & Quintilianus  
notiores sunt, quam ut sint indicandi. Et de affectibus quidē  
hæc sufficiat dixisse.

Ex tri specie.] Prouties bona aut mala, utilis aut nocitura, digna aut indigna vide-  
tur. Pro Milone.] Quæ Clodiani postulabat legi Cornelia, de Sicariis. Sic, qui  
bellum dixit. ] Hunc in modum & Fabius libro octavo, de enarratione Sic vibrum, inquit,  
captivis rebus inferatur. Sunt dubio enim qui dicit expugnatum esse ciuitatem, &  
completum omnia quecumque talis fortuna recipit, sed in effectus minus penetrat brevis his  
velut nunciatur. Ita si apertis hac quo vno verso inclusa erant, apparebunt effusa per domos ac tempula flamae, & ruerunt eorum tectorum fragor, & ex dineros clamoribus vnius quidam sonus, aliorum fugia incerta, aliij in extremo complexu fuorum coherentes, & infan-  
tium tremulorumque plorans, & male vique in ilium dictu feruati fato sens, illa pro-  
fanorum sacrarumque diptero, effurentum prædas repetitum que discutunt, & acti-  
a summa quisque prædonem catenati, & conatu retinere infamem suum mater, & sibi  
matus lucrum est pugna inter viatores. Licerent enim omnia, ut dixi, complectatur euerio,  
minus tamen est totum dicere, quam omnia. Segnitus enim, ut inquit Horatius.]

In arte poetica,

*Aut agitur res in scenis, aut acta refertur.*

Segnius irritant animos demissa per :  
C. f. A. C. S. B. L. C. P. L.

Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ  
In se sibi tradidit. Secundum.

Iple libi tradit spectator, &c.

Dete&ta in iudicijs cicatrices  
& vestes scissæ.

卷之三

Familiariū epist. a familiari quodam suo Publ. Magio Chilone occisum fuisse, quemadmodum in epistola Ciceronis lib. 4. quadam ad Ciceronem refert Scrit. Sulpitius. Isocrates in Hellenes laudatione.) Est

DIALECT. LIB. III.

158

& haec ludatio hodie in manibus, quamobrem nō est cur de ea quicquam dicamus. Porro, ad exactē intellegendum locum hunc, plurimum momentū attulerit ea, que habet Quintilianus libro sexto, de affectibus & de amplificatione libro octavo. Vnde in causa Murena. Cicer. Plutarchus in vita M. Catonis de hac Murena defensione loquens: Cum enim dies inquit, dicenda causa venisset, Cicero, qui per id tēpū erat consul. Murenam defendit, varijs modis Stoicos philosophos, & ita quae appellantur Paradoxa illudens. Ex quo cum multum risum ridiculus inserviet, p[er]tine quoque Cato subdicens, iis qui iuxta abstant, dixisse fertur. Dij boni, quān[do] ridiculum habemus confusil. Verba hac de re Ciceronē acrispimus libro secundo. Atque infī etiam de eadem dicimus causa, capite huius libri thodecimē. Demosthenem quoque tradunt. J. Videvit mili & hic locus vnu esse ex illis, quos dixi emendatum fuisse R. rodolphum si opus recognoscitur. Quippe vbi nos reputuimus, oratrice, ibi etiam exemplar idem scriptum, nequam id hac parte non eratrum R. rodolphi, non oratice, sed oratice, sed oratice habebat. Qui lapsus eiusdem planē fuit et cun eo, cunctis meminimus in principio libri secundi, quo etiam in loco plura de eiusmodi fabulae existimavimus. Quod autem ibi tum disuabinam, ab R. rodolpho ita scriptum fuisse, vt haberet Louianum excusum exemplar, can conceitram interim certiorē fecit exemplar scriptum, præteritum cum id ea vtique patet ipse exarafet R. rodolphus. Fabula porro huius quā dicitur fuisse vnius Demosthenes, & Erasmus in Chalidibus mentionem fecit. Constat haec factus, ]D[e] ridiculis, ac nū multa Fabius libro sexto, & M. Cicerō libro secundo, de Oratore.

Catonis de Ciccone verbum.

QVOMODO OBLECTANDVS ORA-  
TIONE AVDITOR.

Duplicia esse que nos delectent, ut que partim sensu, partim mente percipiantur. Atque omnino duplarem esse voluptatem, que percepitur ex oratione, quando alia ex rebus, alia ex ipso orationis genere nascatur. Tum quae res sensim, que mentem delectent. Et quomo do ipso orationis genere delectandus auditor. C. A. P. III.

Xplendus erit mihi fortasse numerus. Et, quia docendi ratione, mouendi præcepta subiecimus, æquum videbitur, ut que iucundam faciant orationem, subdamus. tametsi alio docuiimus loco delectationi nullam inue-

niendi certan rationem posse accommodari, magisque preceptiōnē bnius partis ad Rhetora, quād ad Dialecticū pertinere. Quia tamen ex rebus etiam nascitur orationi delectatio:res autem inuentiōni p̄cipue subduntur, ideo paucis etiam de hac parte dicamus. Delectatio (ut diximus) quia permotio est cognitiōe uirtutis, duē sunt autem uirtutes cognitiōe, sensus, & mens, idcirco duplicita sunt quae delectant: quorum alia sensu, alia mente percipiuntur. Et iij quidem, qui magis sensibus uiuunt, & corporis tenetur uoluptas.

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

tibus, quorumque animus corpori seruit, hi magis eam sequuntur delectationem, quae sensibus obicitur. Contrà, quorum genitrix nerosior & erectior animus omne in mente curam posuit, hi scilicet inimicas & infestas instituto suo corporis aspernantur uoluptates, & solum que mentem delectant, sequuntur. Qui inter utrosque sunt medij, & suam tribuendam utriusque partem arbitrantur, utriusque etiam uoluptate capiuntur. Quorum itaque rerum usu quisque & perceptione gaudet, earum etiam commemoratione præcipue delectatur, & his ipsis maxime captiatur orationis gratia. Duplex autem est in summa, quæ percipiunt ex oratione uoluptas, quarum alia ex rebus de quibus differuntur nascitur, alia ex orationis percipiatur genere. Res quæ sensus oblectant notæ sunt. Quisque cum sensus delectatur eo, quod est naturæ sue proprium. Ut oculi, coloribus latissimus: aures, sonis mitioribus: & reliqui

Quæ sint singularium sensuum obiecta, videlicet.  
i. cap. 2. pertinunt: quia uero propius ad sensuum naturam accedit, & inter sensuum oblectamenta numeratur. Ut dies festi, spe etacula, ludi, choreæ, cõiuia, horti floribus consti, uerni temporis gratia, flumen per uirentia prata cursus, primus iuuentæ decor, corpora pulchritudine conspicua, amores, iocici, concentus, saltationes, & omnia latiorum amorum amorumque studia: quorum tamen maxime sunt liberalia, quæ oculorum auriumque studia morantur. Reliquæ, quia crassiora sunt, soridiora sunt etiam plerunque, ut quorum etiam nonnulla sine honoris non sint præfatione memoranda. Menterem (cuius proprium est opus ueri bonique perquisitio) delectant omnia quecumque docent, que magna, admiranda, inopinata, inexpectata, inaudita sunt reconditarum rerum persimilium, notitia uetus statis, & rerum in longinquu positaru

DIALECT. LIB. III.

159

cognitio. egregia magnorum uirorum dicta factaque, & in omni generi uirtutis acta preclara. Que quidem si de eis primis & dilectissimis differatur, iucundâ nimiri faciunt orationem, in suo quodq[ue] genero. Sin aßerior & tristior sit res de qua dicitur, tum solent ista auribus expeti. Et, uel similitudines docendis rebus hinc sumuntur, uel argumentationes queruntur, quarum explicationi tale quippiam adhiberi sit neceſſe: uel liberius etiā digressione ad ea dilabimur, quod commodiſsimè fit, cum salutis a re expiatio proposita. Eti esse uideamus. Transitus autem fit aptissimè, cum generali aliquid inuenimus, in quod parata est uia ex re proposita, & ex quo rursum in quod digredi uolumus facilis est accessus. Ut qui de laudibus musices dicit, si uoleat ad describendam ueris gratia dilabi, dicat Musas libertate animi omniumque rerum securitate gaudere, & sylvas fluminaque expetrare. Hic quia iam sylvas & flumina, qui dicit habet, & gaudentem eis musicē, facile iam transibit in ueris descriptionem, cum sit in eo summus istorum decor, & præcipua possit ex eis percipi uoluptas. Itaque quantus sit ornatus, quæ gratia florentium uirentiumque omnium, quis frondibus inter strepentium uolucrum concentus, quam amorem riuorum per prata labentium murmur, & reliqua id genus explicabit. Sic in hoc ipso proposito si dicere uoleat, quantus sit labor Rempub. administrantis, paratum est dicere, musicā leuare curas, & mentem reficere: hacque deinde cum Reip. administratione coniungere, quoniam præcipue sit his opus ei, qui Rempublicam tractat, cum tot ac tatis prematur laboribus, tot curas sustineat: quas deinde enumerabit. Est autem huius rei cum apud multos uidere exempla, tum apud Platonem Lucianumque in dialogis, quo pacto sumpto diductissimo exordio, à re proposito legato.

**RODOL. AGRIC. DE INVENT**

sita paulatim, & occulto gradu ad id quod instituunt adspicunt. Ut ille est differentia hæc transiuncta ratio, si quando res diversas una cōpletæ uoleat oratione, sic ut non turbat disiectorum membrorum formam, sed unius faciem corporis praestent. Ut ille etiam, si quando de re tali dicendum sit, à cuius prima mentione abhorreant aures, ut posito favorabili aliquo principio, sensim & plumbato (quod aiunt) pede, ad id de quo dicti sumus deducantur. Cuius rei est egregiū in primis Ciceronis exemplum in orationis exordio, quam contra legem Agrariam in concione dixit. Quod exordij genus Rhetores insinuationem dixerunt. Cum enim nihil uideretur magis exasperaturum Populi Romani animos, quam contra legem Agrariam, hoc est, spem alimentorum suorum differentem, ergo dilata omni rei istius mentione, primum coepit, non ordiri se orationem de laudibus maiorum suorum, ne illis potius quam populi beneficio consulatum acceptum referre uideretur, & popularem se Consulem hoc ipso uelle uideri, idque in Senatu initio consulatus sui dixisse, permultaque alia in hanc ipsam sententiam: nec esse qui Gracchanas actiones improbat, nec cui displiceat, si quis de populi commodis ferat. Cumque multis huiusmodi populi molluisse aures, paulisper & pedentim allabi ad rem coepit, nec statim contraria tendere, sed primum uoluisse solum se Rullo adiungere, qui cum refugeret, tandemque omnia se diligenter inquisisse diceret, tum demum sed delatus est, ut non se contra legem Agrariam dicere: sed contraria Rulli dominatum, qui legis specie parabatur, doceret. Conueniens itaque fuit hoc in loco transitio latens, ut favorem quem dicendi initio colligebat, nunquam abrupta re etiam ad posteriora transferret. Digrediendi autem crebrior & magis permitta poëtis libertas. Secunda deinde alijs, ut quis-

DIALECT. LIB. III.

160

que est poëtis dicendi libertate proximus. Sed, quia digrediēdi ratione sumus adducti ut digredieremur, rursus ad institutum reuertamur. Secundum diximus esse quo delecta-  
ret nos oratio, ipsum orationis genus, <sup>formam</sup> qua in parte primū est,  
ut habeat oratio motus animalium, colloquia personarum, cō-  
silia euentusque rerum inopinatos. Quæ quidem quanquam  
ad res pertinere possint uideri, ex oratione tamen capiunt,  
quod delectat. Argumento est, quod eadem hæc magna ex par-  
te, si uideamus, non modo non delecent, sed offendat. Idcirco  
in oratione, non tā res ipsa, quam imitatio orationis, qua ex-  
primuntur ista, uoluptati est. Et quæ admodum in pictura, ple-  
raque gratissima sunt propter solam imitationem, nec tam res, <sup>pictura ex profuso</sup>  
quam ingenium miramur imitantis: sic cum in oratione, per-  
sonis sua pro cuiusque natura conditione que uerba tribuum-  
tur, & animalium affectuumq; omniū figura effingitur, idq; cō-  
sequitur oratio, ut nō dici sed agi uideatur res, & inani qua-  
dam imagine audientis animus uelut mediū se ipse intra actū  
iactationemq; rerum cōstituit, id quoniā sit orationis uirtute,  
non rerū natura, idcirco est etiam orationi iure tribuendum.  
Cuius quidē gratia capacissimum est omnium poëma. Quia  
enim non rē sequitur oratio: sed uoluptati orationis res apta-  
tur, utque maxime placitura sunt, sic omnia finguntur, idcirco  
summa est ei captiā uenustatis istius in oratione libertas.  
Proxima est historiæ, seu inferior tamen & contractioris frontis, ut quam illæ ueritate ludere oporteat. Civilis etiam ora-  
tio in narrationibus, sēp̄ etiam & inter argumentādum, uel  
ueris personis uel fictis, affectus siuque uerba tribuit, &  
non parum hac orationis gratia sibi indulget. Ne in dialogis  
quidē philosophi expertes huius laudis fuere. Est apud Pla-  
tonem uidere, tam diligenter effectas differentes personas,

## RODOL. AGRIC. DE INVENT.

ut non Platonis, sed personæ: non uerba audire, sed multus in-  
seruare affectus qui per se  
repugnat auctoratu  
reprobatur  
sunt non Platonis, sed personæ: non uerba audire, sed multus in-  
seruare affectus qui per se  
repugnat auctoratu  
reprobatur  
tueri uidearis. In his in quibus ipsa Philosophi loquitur per-  
sona, aut si qua sunt que posita sunt extra actus rerum, ex-  
traque affectus, exiguis relinquitur istis locis. Hocque præ-  
cipue bac in parte, cū ipsis differentis personæ tribuitur ora-  
tio, delectat, quod & in alijs omnibus generibus que diximus  
gratiissimum est, si boni emineant dicentis in oratione mores,  
hoc est, si non sit de se arrogans, si de alijs modesta oratio, si  
benignum candidumque de rebus proferat iudicium. In pri-  
misque placet simplicitas illa omnia in melius flectentis. Iuuat  
tamen interim libertas, dicentis, sine aliena contumelia, quid  
sentiat. Harumque rerum, sicut omnium in dicendo uirtutum,  
obseruantissimus fuit ubique Cicero. Sunt & præter bac in  
oratione que delectant, que propria sunt orationis sententiae  
graues, acute, nouæ, expectatae, dicta facete, amarè, false,  
prudenter. Ornamenta etiam omnia uerborum, sententiarum,  
& compositionis. Sed bac eloquendi ratione continentur, &  
idcirco ab his qui huius rei præcepta tradiderunt expetenda.

Socratis verbū.  
Hippocrates de  
coitu.

DIALECT. LIB. III. 161

Plumbeo, quod aiunt, pede.] Hoc est, quasi suspensio ac minus firmo gressu, pede-  
tim, paulatim. Cicero quedam in loco frigidum argumentum plurimum pugnione  
appellat. Quem cundit sumen habet et apud plumbum iugularis gladio. Quam co-  
tra legem Agraria. ] Hec est lex illa agraria, de qua toties mentis fit apud authores,  
qua cum omnium propè bellorum ciuitium fons & origo fuit. Primum eam promulgavit  
Sp. Cassius regni affectator. Secuti eam sunt multi, qui id ipsum fecere, verum maximos  
omnium motus hac in re exarantur C. & Tiberius Gracchi. Occasio eius legis ferendae  
fuit ciuiusmodi. Solebant Romani, quantum vicini ari hostibus ademiserint, partim ve-  
nundare, partim redigere in publicum, & tenuioris fortunæ ciuibus modica pensione v-  
tendum locare. Sed postea quam diuines ita ut fit, augere eas pensiones ceperunt, & paue-  
res a conducedis agris excludere, lata lex est, qua supra quingentis acri agri iuriis ciuitis R.o  
manis habere prohibetur. Verum ea lez paucos admodum annos contra locupletates  
auxilio fuit. At principio quidem subornati sunt alii quidam, quin illorum viuimus agros  
conducere. Deinde velut abrogata iam lege, ipsi eriam suis editis nominibus omnia occu-  
pare coeperunt. Cum tam in plectu diuinæ auaritiae, sepe à tribunis plebis, cum na-  
xim R.e publ. motu obuiari iri coepimus. Id quod tempore Ciceronis fecisse & Rullum  
facile ex ipsius Ciceronis contra Rullum oratione apparet. Nec esse qui Gracchani  
actiones improbat. Duo fuerit Gracchi, quorum hic facit mentionem Cicero, Caius &  
Tiberius: quibus tanta cura, fuit roganda ferendaque legis agraria, ut perire maluerent  
ambō. Quam ab ea actione desisteret. Et Tiberius quidē dicitur P. Scipionis Nasice, Caius  
vero Q. Opimii consulis occidus est. Vitam virtutique scripsit Plautarchus.

Copia breuitatisque facilissime aut offendit auditorem aut delectari, quare non  
abs re fore, si de his quoque paucis agatur. Tum, quo modo copiose, qui-  
modo breuiter dici possit. Quis utrobique seruandus modus. Et quibus breui-  
tias, quibus ubertas orationis conueniat. C A P . V .

**C** Optima uero & breuitas in accenso, quonia praefere  
istis inter cetera delectamus & offendimus, constat  
etiam inuentione ista, non alienum uidetur ab institu-

C ifis inter cætera delectamus & offendimus, cōstatq;  
etiam inuentione ista, non alienum uidetur ab institu-  
to nostro, paucis de his dicere. Cōstat autem orationis uber-  
tas, uel quia pauca quidem, multis tamen eloquimur: uel quā-  
uis paucis dicamus, congerimus tamen multa, atque ut non ma-  
gnitudine, aceruo tamē rerum tendimus orationem: uel, quod  
afflentissimum est, multis dicimus de multis. Si ostenderimus  
autem, quomodo multa, & quomodo multis dicatur, tria hæc  
cuiusmodi sint, facile erit perspectu. Multa dicuntur, &  
expositio[n]e & argumētatione. Expositio[n]e dicuntur multa, cū  
non satis habemus summas tantum rerum explicare; sed par-  
tes omnes prosequimur. Qui dicit enim, Iuno quoniam ode-  
rat Troianos, nauigante ex Sicilia Aenea classēm eius dis-

in p'm' co-  
nati'onis  
tatione  
xerophytes  
rest p'm' n' x  
bot' w' l'c' p'c' a'c'  
z'f' r'v' r'v' b'z'f'  
w' l'c' u'f' p'm' n' x  
omo-  
us  
ex-leran'g' p'c'  
n' b'z' f'c' l'c'  
l'c' b'z' d'c' h  
d'f' c'c' r'v' b'z'  
d'f' b'z' n' x' d'  
c'c' p'c' f'c' z'

icit ut tempestatum. quarum impulsu delatus ad Africā Aeneas, à Didone hospitio benignissimè est acceptus. Hoc qui dicit, totum primum Aeneidos librum complexus uidetur. Qui uolet autem paulo iberius dicere, ille quidem causas odiorum, propter quas insensa Troianis erat Iuno, recensabit. deinde, ut è Sicilia nauigari sollicitatum à Iunone Aeolum, ut tempestatem clasi immitteret. Non tamè ille preces Iunonis effinget, non polliciti Acoli, nec quo pacto immissa sit Troianis, aut iactauerit eos tempestas, prosequetur. Sufficiet tempestate disiectos suis demonstrare, atque diuersos alii ab alio, ad littora portusque Africanos esse delatos. Nec Veneris ille querelas, nec Iouis responsa, quibus futurus rei Romanæ status explicatur, attingit. Post tempestatem, refectis corporibus atque confirmatis animis sociorum benigno alloquio Aeneae, tum ut explorandorum locorum graia profectus sit Achate comitatus, Carthaginemque peruenierit: cuius urbis condendæ caussam, & Didonis casus, breuius qui dicet explicabit suis uerbis: quam ut describenda Venere, & querelis Aeneae, iactatiisque hinc inde uerbis eius effingat. Deinde, ut in templo Ilionea & socios reginæ implorantes fidem ne littoribus arcerentur agnouerit, agnoscendumque se eis & reginæ præbuerit. Nihil hic ad ordinē rerum pertinuerint res Troianæ pictura in templo expressæ nihil Didonis pulchritudo, aut templi forma descripta: nihil reliqua multa, que ut ornandis rebus immēsum, ita cognoscendis nullum attulerint momentum. Poëta enim acerrimi ingenij iudicijque, nō magni fane putauit, qui fuerint casus, aut ordo rerū Aeneae, quarum etiam uix tenuis ad ipsum peruenierat fama: sed sumpta illius persona, uoluit tāquam in speculo quodam uarietatem rerum humanarum uitamque & mores bo-

minum spectando proponere. Quæ cuncta, ut maiore uoluntate commendaret, latè fudit, quo orationis rerumque decorum & gratiam, quæ in angustioribus delitescunt, in ipsa amplitudine per omnes posset numeros explicare. Quin & hæc ipsa multò poterunt effusius dici. Nam in causis odiorum recensendis, singulæ causæ longissimarum narrationum sunt capaces. Et quod postea dicitur: Vix è conspectu Sicula telluris in altum Véla dabant, hic & quæ sit Sicilia describi potest, & quæ fuerint manendi ibi, rursusque discedendi cause, & apparatus discessione, & iā ipsa exprimitur nauigatio. Sic uidemus in præliis narrandis, tantum quæ acies cui cesserū, & quarum partium eques pedesue alterius profligauerit equitem aut peditem. Singulorum rara sit aut perquam breuis mentio, nisi imperatorum, aut eorum qui ordinis ducunt. Idcirco in angustum pugna apud eos colliguntur. Apud poetas, singula pugna, singula sèpè implent uolumina. Quoniam non exercituum solum, sed singulorum hominum casus effingunt, quòd magis uarietate & rebus sub asperetu ponendis delectent. Sed & singulorum casus quantū possint extendi, Aeneæ & Turni apud Virgilium, Polynicis & Eteoclis apud Statium, facile declarat descriptio. Dicimus uero argumentando multa, & quando propositam questionem in multas questiones diducimus, & questiones numerosis colligimus argumentationibus, argumentationesque alijs super alias probationibus confirmamus: & si quid exponendum in argumētatione, non contenti caput rei amotasse, totum ordinem eius recensemus. Ut qui probet uirtutis nomen etiam improbitati uenerandum esse, quoniam pyrate fama Scipionis adducti, Iternum ubi exulabat profecti sint & cum conspexissent cum, abierint rursus. Id qui iam uole

## RODOL. AGRIC. DE INVENT.

eo pacto, quo superius ostendi, ulterius exponere, & ubi sit  
Liternum, & quare illic exulauerit Scipio, dicet: & in reli-  
quo expositionis ordine, Scipioni pyratisque sua dabit, si ui-  
debitur, orationem. Multum autem dicimus una de re, id  
est, quoties libuit, circa unam rem h. eremus, quodque paucis  
dici potuit, id ipsum latè spargimus. Idque tribus illis maxi-

me fit modis, quibus diximus rem unam in multa diduci, diu-  
nione, partitione, & dinumeratione: que quid sunt suo loco di-  
ximus. Ergo si quis uollet dicere, uirtutem Ciceroni Rempu-  
blican tractanti apertissimam esse, uirtutem diuidet, pro quo ea  
religionem, pietatem, iustitiam, fortitudinem, manumita-  
tum, constantiam, temperatiam, modestiam, prudentiam, fidem,  
significare nec est fieri est in genere reliquas uirtutis species ponere potest: pro Repub. par-  
ticipio & viuit ut teget res eius, ut sunt patres, & plebs: inopes potentes: pauperes  
& sed in nos parcer amittuntur: diuitiae. Deinde Ciceronem per adiuentia aut actus, aut ef-  
feminae personae leges affecta diuumerabimur: ut qui facundus sit, qui doctus, qui no-  
tus ex eruditis iustitia ex hoc uis homo, qui consularis, qui causas agat, & quotidie in iudi-  
cicis concionibusque ueretur, quæque reliqua sunt huius gene-  
ris. Possunt igitur hæc omnia, uel inter se coniungi & unum-  
quodque unicuique prout est cuiusque naturæ maximè co-sen-  
taneum aptari: uel sic, ut integræ cum diductorum numero co-  
ponantur: ut primu[m] diuisa uirtute, & manentibus reliquis di-  
camus, certum est religionem, pietatem, iustitiam, fortitudinem,  
& cæteras quas diximus uirtutum species, necessarias esse  
Ciceroni tractanti Rempublicam. Deinde rursus disperita  
Repub. nec quenquam dubitat uram, quin Ciceroni, qui inter  
patritios, plebeios, potentes, inopes, & reliquias Reipublicæ  
partes ueretur, opus sit habere uirtutem. Post hæc dinumerata  
bis quæ Ciceroni adjungit, nō enim fieri posse, ut qui facun-  
dus, doctus, & homo nouus, honoribus functus, queq[ue] reliqua

DIALECT. LIB. III.

163

buiusmodi sunt, Republicam administrat, ut id recte faciat  
sine uirtute. Probationum habent ista faciem, possunt; pro-  
bationes esse, si quod primum est propositum tanquam dubium  
accipiatur: nunc tamen non in eum adhibentur usum. aliqui  
quo minus otiosa & supina uideantur, non inepte probationes  
aliquae interspargerentur. Possimus itaque hoc pacto, cum  
uisum fuerit, unam plurēs res in oratione positas spargere,  
& unāquāmque non uno solum, sed tribus illis quos diximus  
explicare modis. Quæ quidē propositum respicientibus exē-  
plum, cum tentatu factuq; haud esse difficultia credam, nihil  
est necesse suis exemplis indicari. Est & alia ratio dicendi *copio verbo*  
copiose, quæ fit, cum unam cādemq; rem iterum atque iterum  
enumeratis dicimus uerbis. *Quomodo plerunque uidemus a-*  
*pud Ciceronem, non singula modo uerba, quod crebrum est*  
*uidere apud autores, sed totos locos repetitos: in eis p̄facer*  
*tim orationibus, quas iunior edidit. qua cātate, sicut semper*  
*alioquin, sic tum p̄cipue, omnis affluentia cultisque in di-*  
*cendo cupidus extitit. Sed hæc eloquendi, non inueniēdi p̄c-*  
*ceptis comprehenduntur, & diuersa sunt idcirco à nostro in-*  
*stituto. Breuitatis ratio facilior est. Quarum enim rerum*  
*collectione copia paratur, earum rursus prætermissione bre-*  
*uitatem consequemur, contraria enim (ut in uulgato uerbo)*  
*contrarijs oriuntur causis. Breves erimus, in exponendo*  
*quidem, si trita omnibus breuitatis sequemur præcepta, hoc*  
*est, si rem non à primis utique initij: sed solum quatenus in-*  
*stituto nostro sufficit ordiamur. Aeneas utique apud Virgi-*  
*lum narratus insidias Græcorum, non labores periculaj;*  
*bellorum, quibus perfuncti erant, recenset: sed protinus coe-*  
*pit. Fracti bello fatisq; repulsi. Deinde, ut in reliquo decursu*  
*expositionis, quicquid ad rem nostram non pertinet, præter-*

mittamus, cuiusmodi est, Dixit et multa alia, que nunc non est narrandi locus. et, Dixit que ad rem pertinere putabat, et, Respondit que sibi uisum est. Quae moderatio plerisque nostra etate studia tractantibus usque adeo deest, ut non solum uelint quicquid de re dici possit exequi, sed etiam cuiuscunq; ulla parte potest inferri mentio, id undique quæstum accersant, et quanquam diuersa, quanvis repugnantia proposito suo, viribus detorta tamen inculcent, ex quo tam in friuolis plesisque et leuisimis quoque rebus nullus scribendorum uolumen neq; modus neque finis sit. Post hæc, si non singulas rerū particulas dicendo prosequemur, sed satis habebimus summas et uelut fastigia rerum perstringere. Cuius rei, cum multa sint apud autores exempla, cuiusmodi est apud Virgilium:

Aeneid. lib. i.

In Andria, Ver-  
ba sunt Simonis.

Punica regna uides, Tyrios et Agenoris urbem. et tota fundate Carthaginis explicatio qua sequitur. Itē in quinto, Inter ea Aeneas urbem designat aratro, Sortiturq; domos, hic Ilion, hæc loca Troiae, et reliqua. Sic apud Terentium, Placuit, despondi, hic nuptijs dictus est dies. Tum præcipue poterunt istud ostendere argumenta comœdiarum, quæ paucissimis uersiculis, totum fabulae complexum continent. Et declamationum themata, quæ cum brevia admodum sint, uerboſis exponuntur plerique in declamatione narrationibus. Sic et apud scriptores rerum, crebrè uidemus copioſe fusque res dietas ab alijs, rursus ab alijs in paucissima uerba contractas. Postremo, si quid uel ex præcedentibus, aut sequentiibus satis potest percipi, ut id ne dicamus quidem. Quid sòlet autem adjicere bis eandem rem dicamus, id cui præcipiendum est, ignarum esse, quid sit breuitas, oportere credam. Ex sequentiibus præcedentia intelliguntur, ut apud Virgilium, in quinto, Gaudet regno Troianus Acestes. Ex eo, quod quidem non dixit

poëta, satis perspicitur, imperio Acestæ subdidisse urbem recentis conditam, et depositos in ea Troianos. Sic apud Terentium in Andria, ex eo quod dixit Crito, eius morte ad me legge redierunt bona: nec mortuam eam esse, nec cognatam sibi prædixerat, utrumque tamen ex eo colligitur. Ex præcedentibus, ut quoties mandata, consilia, causasue explicimus, quibus uel ordo sequentium rerum, uel uis facile perspicitur, quale est in Phormione Terentij: Est parasitus quidam Phormio, et quæ sequuntur. Deinde subiicit: Ego te cognatum dicam, et tibi scribam dicam. Non dicit, hoc dixisse Phormionem, quod ipsum ex figura uerborum facile perspicitur. Sed hoc quidem prioris loci exemplum est. Quid autem huius est loci, postquam totum ordinem consilijs recensuit, deinde rem ipsam, qua hoc pacto gesta est, cum posset hinc cognosci, solum dixit, persuasit homini, factum est, uenitum est, uincimur, duxit. Argumentationum breuitas in eo posita est, si primū, uel recidamus multititudinem quæstionum, uel que si suis tederentur, quæstiones futuræ erant, ex breuite argumentationum specie colliguntur. Tum si quas sumimus quæstiones, quād paucissimis argumentationibus confirmemus: sed ne argumentationes quidem latè fusque colligamus, uerum non nunquam pro tota argumentatione solam ponamus propositionem. ut, Quid repeatam exustas Erycino in littore clas- ses? Quid tempestatum regem, uentosque furtes Aeolia excitos? Singulæ argumentationes singulis propositionibus explicantur. Quandoque singulis propè uerbis densamus argumenta, ut apud eundem auctorem: Quid natam egregio genere, dignisq; hymenais Des pater, et pacè hanc aeterno fædere firmes. Pro eo quod dicere instituit, ut natam daret Aeneæ: inquit, natam egregio genero: argumentum est. idcir-

In argumenta-  
do breuitas.

Veneris verba

10. Aeneid.

Drancis verba.

11. Aeneid.

non debitas dñe dñe dñe Y iiiij  
gō gōt mī.

## RODOL. AGRIC. DE INVENT.

Aeneid. lib. 4.

co enim colligitur dādam eam esse Aeneae, quoniam sit egregius gener. Sic quod subdidit: dignisque hymenaeis. quamquam id priori prop̄ sit idem. Sic etiam, Des pater, & curā filie, & potestatem uno nomine collegit. Sic quod postremum posuit: & pacem hāc ēterno fēdere firmes. Breuius adhuc est, quod Dido inquit, cum causam quare coniugium auersaretur dixisset, subiecit: Huic uni forsan potui succubere culpe. Cū uellet mollire faciem amoris sūi, huic uni dixit, quasi iustior esset sibi uenia hac in parte, quae nulli alteri delicto locū esset datura. Et culpe dixit, non peccato, non crimini. Nec tamen dixit admissiram se: sed potui, inquit, & forsan & succumbere: ut non factura ipsa, sed amoris impetu uictū iri uidetur. Hoc itaque pacto consequemur, ut quandoq; quanuis multa, breuiter tamē dicamus. Nec enim fieri poterit, ut hac densitate stipemus argumenta, si uelimus singula eis quos superius dixi modis dilatandi, id est, uel diuisione, uel partitio-ne, uel dinumeratione, diffundere. Breuitas igitur his rebus maxime constat. Magni est & uel praecipui in dicendo iudicij opus, quis sit orationis commodiſſimus modus, & quo ſene-re sit breuitas copiaq; claudēda. Nec sanē res est, quā facile praeceptis cōprehenderis: quoniā authores, quorū obſeruatio primam edendorum praeceptorum uiam aperuit, non eundem omnes in dicendo statuerē modum: cū alijs plena, & quodam affluctiæ impetu raptā probetur oratio: alijs aſtricta, & arguta, & nervis magis quām carne commendata eloquentia, placeat. Quoque difficultius sit hac in alterutram partem, uel dammare, uel laudare, duo maximi omnis aui in dicendo uiri effecere, Demosthenes & Cicero: quorū uiter fuerit eloquentia laude prior, magna fuit ſemper eritque contentio inter utriſq; doctos lingue, cum quisque uelut patriā hanc landem,

Quis modus in-  
ter copiam uel  
genitatemque feru-  
dus.

## DIALECT. LIB. III.

165

non sine magnis atque diuīdicatu difficultibus afferat causis. Cum ergo Demosthenes breuitatis fuerit amantior, Cicero copiae: & (ut Quintiliani iudicio huius à me sententiæ repellam inuidiam) illi nihil poſſit detrahi, huic nihil adiici, non erit utique facile inter diſſentientia tantorum uirorum iudicia, utrum sit potius inuenire. Si quis tamen certam aliquam, & uelut praeſinita poſtulet legem, haud inuenio quid rectius ei reſpondeatur, quām medium illud, quod inter uimū patruinque eſt, quod modum uocant. id ut in omni re, sic in hac adiutorio uelut in iudicio, ab aliis etiam optimum eſſe. A quoſi quis alterutram in partem aberat, minus quidem erit mea ſententia culpandus, qui in id quod plus, quād quod minus eſt, deflexerit. Nam qui minus dicer, aut non intelligetur ſatis, aut non ſatis probabit: dicentisq; culpa, rei danno de qua dicitur, luetur. At si plus dicat, quanquam dicenti forte ſit quod obiici poſſit, nullo tamen id rerum, uel intelligentiæ, uel fidei detrimento conſtitbit. Satius itaque fuerit ſemper, uel fastidiri potius dicentem, quām rem parum probari. Modus autem quem dicimus ſequendum eſſe, ex iſtituto dicentis maximè deſtiendus erit. Pro cuiusque enim destinatione, ut uel docere, uel mouere, uel deleſtare cupit, optimus putadus erit eſſe modus, quo poterit quiduis horū conſequi qui dicit. Ergo in rerum auditorumque diſcrimine, tota huius rei poſita eſt ratio. Partem tamen non nullam ſibi uendicabit qui dicit. In his itaque rebus, in quibus credentem ſingimus auditorem, docendique tantum dicimus cauſa, ut in rebus geſtis explicandis, tr adenda rerū natura, artium praeceptis docendis, reliquiq; id genus, que propriè expoſitione traduntur: breuitas ferè gratiſima eſt: quoniā id queritur ſolum, ut intelligat qui audit. At quum res eſt cum aduersario, qui periuendendus eſt oratione, uiribus eſt

opus, quæ plerūque mora plus, quam impetu ualent. Quousque non probauerimus ergo, quod sumus aggressi probare, quatenus tamen rei materia probationem accipit, nō uidebitur legitimam dictonis impleuisse mensuram. Quicquid autem superabit, id huic instituto putabimus superuacuum. Mo uendi (quoniam, ut sepe iam diximus, non est aliud motus, & uehementis quædam probatio) idem modus est, qui docendi. Delectationi latius plerunque indulgetur. Vnde sit, ut quæ poterant per sepa paucissimis absolu, postquam occupauit aures audiendi uoluptas, nostra oblationi largissima demus, atque expetamus tempora, cum rebus alioquin quāvis angusta sufficerent. Ex eisdem causis quas diximus uenit, ut docti, prudentibus, grauiis uiris, severis auditoribus, breuior oratio paretur. Facilius enim, uel docentur, uel uolunt uideri discere, minusque affectibus, uel dicēdi illecebris, obnoxios se præbent. Populus atque omnis promiscua multitudo, omni copia, impetu, splendorēque dicendi est demulcendus. Idcirco ad illos cuiuslibet panduntur eloquentiae sinus. Nec sane est ulla maior eloquentia fax, queue acriores subiicit

Quibꝫ breuitas,  
quibꝫ libertas,  
copiaqꝫ dictio  
comueniat.

corona grata  
in dñe dicente  
me de psona dictans  
non nobiliter, sed tam  
debet et nobilitati si accessum  
rit. Et hoc est  
juxta art. septima re debet  
et spise agere  
cuidetur obsequio, non sy  
cuidetur breuitate. Indocti non habent, unde copiam pa  
tent. Ergo quamuis per sepa multa sint eis dicenda, singulis, ab illis  
69 quis aut syne re dictio affici  
et procondit, sed hujus deinde genere  
magis fit uide uobis et  
ad multis syllabis

tamen breuitas magis conuenerit, ut quanquam longa, accelerata tamen dictio uideatur. Contra, humilioribus, sedatis, prudētibus, doctis, seculanda magis est libertas. Hi sunt enim qui uidetur, & uelle posse rem quamlibet exacte docere: & non solum quod sit unumquodque ostendere, sed ratione quare ita sit ostendere debere. Sic rebus etiā perplexis, dubitis, numerosis, grandibus, adhibenda est copia. Tenues uero, & nullius momenti, apertaeque, & simplices, breuiter dicentur. breuiter enim possunt doceri. In partibus orationis, si quidē argumentatione constet oratio, lōgior expediet dictio, ut quæ fidē sit maiori labore factura. Expositio in uiuersum breuitas est aptior, quanquam expediunt nonnunquam etiam in suo genere narrationes ubiores, ut scibi res repetenda altius, uel præsertim si sit inferendus acrior affectus, si quæ admodum solet retinendum uoluptate sit auditor. Omnis tamē in suo genere expositio, debet argumentatione breuior esse. De exordio, & conclusione cum re deliberandum est, & cum orationis etiam magnitudine. sic ut meminerimus partes eas, & uelut accessiones orationis esse, nec rei docendæ, sed auditoris conciliandi causa paratas. Facilius itaque quis copia in eis quam breuitate peccauerit: nisi tamen præfens rerum conditio, latiore etiam in his partibus dictiō nem poposcerit. tunc utilitatii nimis cedent precepta: que in hoc præcipiuntur solum, quoniam creduntur utilia. Quid si contrarium res ipsa tulerit, sicut in omni uita solemus, sic in oratione, non quod alias, quanquam sepe, laudatum sed quod nunc, quamvis in præsentia solum, fuerit optimum, sequemur.

Copia verò, & breuitas.] Fit hoc sepius apud authores, vt casus quispiā interposito relativo, quafi abolitur, ac sine verbo ponatur. Cicero ad Terebatum, familiarium epistolā lib. 7. Cn. Othanius tuus familiaris, summo genere natus, terre filius, is me quā scit tuū familiarem esse, crebro ad cenam inuitat, acie nō potuit perdere,

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

sed mihi tamen gratum est. Idem in secunda Philippica: Agrum Campanum, qui eam de vetigibus exhibebatur: vt militibus daret tamen in iugum magnum reip. viulus et bitrabantur: hunc tu compranforibus tuis, & collitoribus diutibus. R. Ursus in Verrem: Nam que hoc non intelligit, sicut abolutum das dominibus; inuitis, cum ex manibus Populi Romani etri nullo modo posse: Verum in hice omnibus inde causis repperitur, ac prouide visitator est locutio, & apud Ciceronem frequens. Ratus est quod hic fecit Rodolphus, a quo hi nominantur, copia, & breuitas, ita in principio orationis ponuntur, ut nulium propter verbum accedat, ad quod villo modo referri queant, quod vt apud alios, queo interierit fieri, temere ego nego, non austin ita fane quam rari, atque iniusti, id est, planius est, quām vt quicquid posse ire incis. Et yf femel dicam quod sentio, aut ego plane fallor opinione mea, aut hic quoq; vnius est in locis illis, quos si recognoscet Rodolphus, enuntiaciones procedulibus in lucē prodidit. Per omnes posse numeros. I. Perfectissime, absolutissime. Quiniam pyrate fama Scipionis addicē. I. Hac de repta legi apud Valerium Maximum, libro 2. capite de viaeletate: Ad Aphricanum eundem in Linteria villa se continebant, complures predomini duces videndum, eodem tempore fortē confixerunt. Quos dīc ad vim faciendam venire existimat, praedictū domesitucrum in tecno collocauerat, et aquae in his repellebant, & animo, & apparatu occupatis. Quod vt predones animadhererūt, dūmīs militibus, abiecerūt amicos, iuncte appropinquante & clare voce nuntiant Scipionem, non vice eius hostes, sed virtutis admiratores veniente, conpœctum, & congressum tanti viri, quasi celeste aliquod beneficium experientes: prouide fecurum si non brasitandū præberet in grauiter. Hac potquam domesitici Scipionem retulerunt, fores referant, cōdique intromitti ulūfit. Qui potestianue tanquam aliquam religiosissimam aram sanctissimum templum venerari, cupide Scipionis dextram appethererūt: ac dūmīs osculari, positis ante vestibulum donis, quae deorum immortalium numini consecrati solent, i.e., quia Scipionem videbat contingit, ad latas proprias venerunt. Vbi sit Linterium. ] Strabo lib. 5. id oppidum, eff. ait Campani, inter Sinuēfam & Cumas, fluviumque, eisdem nominis præterflue-

### Linternum.

Nouus homo.

Praeterea sua vir tibi venerunt in oblitione. Quare noli mihi antiquos viros obiectare, satis est enim membra te florere, quia meis rebus gestis florete, quam maiorum opinione nititur: & ita viuere, ut ego sum posterius maiorum opinio meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Demosthenes & Cicerio. Et de his factis non nisi.

Demosthenis & rem facere Graece possunt. Nam Cicerone in criticis corū fortiter oppoſuerit. Ne Ciceronis copa- ignorari, quantum miliū concitem pugnam, cum praesertim id non sit propositi, vt cū Demosthenis comparem hoc tempore. Neque enim attinet, cum Demosthenis in primis

modum, vel edificandam potius patem, quorum ego virtutes pleraque arbitrio similes confidim, ordinem diuidendi, præparandi, probandi ratione, omnia denique que sum intentionis. In eloquendo est aliqua diversitas: densior ill' eis, hic copioſior ill' eis conclusioſius; hic latius pugnatilis acutius ſemper; hic frequenter & pondereſius nihil detrahi pot' eis, qui hinc nihil adiici: certe plus in illo, in hoc natura. Salibus certe & commis- rationib' quae dico plurimum affectus valent, vincimus. & que fejuntur. Qued modi vocant: *Νόητον εἴτιον ἡμερών τός*. Et Horatius: *Eft modis in rebus, ſunt certi denique fines, Quos ultra citrāque nequicū confiſtere reūlēm.* Item hy- lydes: *τάπανον μέσην ἀγρίου, &c.* Minus quidem enim ſententia culpandus. (H)

Modus.

DIALECT. LIB. III

planè consona sunt, quæ habet Quintilianus libro quarto, capite de narratione. Et rursum lib. 12. Non enim tam obiectum inquit, audiē superius, quam ignorare necesse. Cicero tamen in Omniib[us]q[ue] rebus, in q[ui]t, videlicet eti[am], quatenus. Et si enim suis cuiq[ue] modis est, tamen magis offendit minimum quam parum. Nec fanē est villa maior eloquor dicitur fax. [Q]uātanū vim habeat in excitando oratore corona astantium, de eare non nihil attigitus libro 1. Dominos seruos suis, [monyllabos efc.] Solent enim do mini imperiosiores rem indignam confere, si pluribus verbis sit verendum ad seruos. Atq[ue] adeo diuidiatis interim semperque similes patet habent, si quid actum velint, significare. Quod si quis paulo hebetior, non vel ex nutu, vel ex dubia ut a summis syllabis quid hic Chremes illi suis velit statim intellegat, huius que tum ibi obiurgatio sc̄e fulmina: que tonitrua: & quid suis? Calrum rure credas, & Iouem ipsum cum omni strepitu suo inde decidere. Tunc vilitati edent precepta. [Q]uid enim stultus, quid ineptius, quam cum dispendio causa adherere velle precepimus, quae in hoc modo sunt intenta, vt proficit, non enim vt officiant. Porro ad exactam totius huius: capitulū intelligentia, plurimum momenti attulerint libri Eralmī de Copia, & que de narrādi breuitate precepit Rhetores.

DE DISPOSITIONE, AC PRIMVM EIVS ORATIONIS, QVAE EXPOSITIONE CONSTAT.

Iam deinceps tractandum esse de dispositione. Ceterum cum dispositio certum aliquem requirat ordinem, idcirco prius uidendum esse, quotuplicis ordo sit rerum. Huncque triplicem esse: naturalem, arbitrarium, artificialiem. Atque ex his primum rursus quatuor spectari modis: tempore, natura, propositione, & dignitate.

CAP. VI

D E narratione inueniendi, quam commodissimam  
crediderim, si nobis hactenus dictum. Nec solum  
quibus è locis facienda esset, sed quæ facillime via  
nos ad inuentionē eius quod quaq; de re quereretur perduce-  
ret, quād potui conatus sum apertissime tradere. dixique,  
quæcunque utilia huic instituto pro captu meo putauit, ut non  
optimo forsitan euentu, optima certè fide. R eliquū est, ut de  
dispositione pauca subiiciamus. Et sunt quidem pauca, quæ  
de ipsa dicantur. Nec enim res est, quæ cōstet ita multis p̄c  
ceptis. Aristoteles in Rhetoricis ne attingit quidem hanc par  
tem, in octavo Topicorū per pauca tradidit. Nec multo plu  
ra Cicero & Quintilianus, quiq; ali⁹ de ea re dixerunt. Quo  
excusati⁹ nobis fuerit, si breuius eam perstringamus. Quā  
quidem si præterissen⁹ in totum, eam poteramus fortasse

Iam deinceps  
dispositione est  
agendū.

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

Quintiliani auctoritate culpam tueri: qui cum de diuinitate,  
hoc est, de ratione controversiarum in singula questionum capi-  
ta diuideat, dixisset, copiosissimeque esset hunc locum  
executus, de disponendi deinde arte, nullis perpetuis legibus  
statuti creditit posse, sed consilium sumi ex presenti rerum co-  
ditione. Ego quemadmodum inueniendi viam, ita collocandi  
qua inuenita sunt, formam etiam quandam esse puto. Quae qui-  
dem ut uaria multiplexque sit, neq; in uniuersum demonstrari  
queat: dicentur tamen ea, quae ciberrimè conuenient face-  
re. Extra quae si quid res ferat, quod faciendum sit, idque ab  
his quae dicta sunt discrepet, eorum tamen collationes quae  
plurimum obseruavimus, praesenti quoque usui aliquod succur-  
ret consilium. Utque inter sanas numerantur morborum re-  
media, quae sanitatis tempore alioquin persæpe essent mala:  
sic inter præcepta putabitur, si quid sit quod legè præcepto-  
rum fugiat, in eo quoque ordinè præceptorū uitasse. At dif-  
ficile erit inuenire, quod Quintilianus creditit inueniri non  
posse. Erit quidem difficile, poterit tamē fortasse. Utq; à no-  
bis nō possit, uel in hoc tamē conandū, ut nostro errore aliis  
ansam demus felicius istam tentandi. Cum sit autē dispositio  
(ut Cicero inquit) distributio rerum, quæ demonstrat, quid  
quibus locis conueniat & collocandum sit, nō abs re fuerit for-  
tasse uidere in primis, quotuplex sit ordo rerum, quem in di-  
sponendo sequamur. Is mihi triplex maxime uidetur. Aliæ  
sunt enim res que statutū quendam & certū inter se habent  
ordinem: ut annus prior ad annum sequente. Aliæ uero sunt  
res, quae uel non habent ordinem: uel quanquam posset earū  
certius esse ordo aliquis, nos tamen nullum sequimur, sed solum  
ut cuncte alia alijs aptissime ex dicendi occasione subtexi po-  
test, proinde subiungitur. Quale est apud Liuium, cū de Pa-

Decad. i. lib. 9

Quintil. hic loc<sup>e</sup>  
est, instituta lib. 7

Est utiq; aliquā  
disponendario  
nem.

Sane pro  
sanctis  
vixit.

Cauilli amotio.

Triplex rerū or-  
do, naturalis, ar-  
bitrarius, metri-  
calis.

DIALECT. LIB. III. 168

pirio Cursore dicit, quod omnes hunc maximè, si Alexander  
arma in Italiam uertisset, illi parem destinasset: hinc sumpta  
occasione, querit, quis fuerit euētus futurus, si bellū Roma-  
nius Alexander intulisset. Tertio loco est, cum rerum ordinē  
consulto turbamus: & quae priores sunt, posteriore loco po-  
nimus. Ut cū prius esset dicere, quomodo capta fuerit Troia,  
deinde quomodo ex longa nauigatione Aeneas ui tempesta-  
tu tandem sit in Africā eiectus: quod postremū est, Virgilius  
primo libro narrat: deinde priora illa sequētibus duobus ex-  
equitur. Primus ordo naturalis est. Secundus arbitrarius (si  
ita uolumus) dici potest. Tertius est, quæ artificialē vocat. Et  
naturalis quidē ordo in quatuor ipsis positus est, prout aliud  
alio prius posteriusque quadrupliciter dicitur. Est enim prius  
aliquid tempore: ut dies besterus ante hodiernū, & hodiernus  
ante crastinū. Et aliud prius existēdi necessitate, uel (ut  
aliter loquimur) prius natura. id est autē huiusmodi. ut si hoc  
sit, nō ideo necesse sit aliud existere: si autem existat aliud,  
necesse sit utiq; hoc existere. Hoc ergo prius est, ut si sit ani-  
mal, nō oportet idcirco hominē esse: sed si homo est, cōsequēs  
utiq; est & animal esse. Prius ergo animal est hoīe. Hoc pa-  
tio prius est genus speciebus, partes toto, cause euētis, sub-  
iectū adiacētibus suis. Dicuntur & alia alijs priora positioe,  
ut per fretū Gaditanū in orientē nauigāti, prior est Hispania  
& Gallia: & hæc prior quā Italia, post quā Peloponessus  
sequitur. Sic cōtrariū dirigēti cursum, prior quā Italia Pelopo-  
nessus erit: & deinceps ut antea quodque fuit prius, ita nunc  
fiet posterius. Sic & per hominis eūti mēbra, primū si desce-  
damus, caput erit, postremi pedes: sic ascēdenti, primi pedes  
erūt, caput ultimiū: mediorū uero sic unūquodq; prius erit, ut  
huius uel illius ordinis primo fuerit proprius. Postremo di-

Naturalē ordinē  
quatuor modis  
spectari: tempo-  
re, natura, posi-  
tiōe dignatione.

Pacatoque formam  
aut juxta inicō  
pro rurā orbi  
speciebus inq  
priorū inq  
taret.

Secundū pūca  
metris arbitriis in  
figū ducēti inq  
ordiū q[uod] pūca  
in culturā

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

citur prius, quod est dignitatem præstantius. Sic prior est cō-  
sul prætore, & tribuno prætor, & aurum prius argento, &  
argentum orichalco dicimus. Conuertimus tamen interim, &  
ab insiso ordinem ducimus: primūque non quod optimum,  
sed quod utilissimum facimus. Sic in magistratibus quæsturam  
primam, postrem dictaturam: & in metallis plumbum pri-  
mum, aurum postrem numeramus. nisi tamen hunc ordinem  
malimus non naturalem sed artificialē potius uideri. Ple-  
runque autem fit, ut id quod alia ratione prius dicitur, alia  
sit posterius. Vt tempore quidē pueritia prior est quam iu-  
uenta, estimatione tamen & dignitate pueritiam iuuentā præ-  
cedit. Fieri itaque potest, ut ordo qui alia ratione non natu-  
ralis esset, alio tamen captiu secundum naturam sit institutus.

In octavo Topicorum per pauca tradidit. Aristoteles Topicorum lib. 8. non in universum de ordine ac dispositione tractat orationis cuiusque, sed de ea sola, quae conuenit certaminibus ac conflictibus iustis scholasticis, aut ubi aliqui via voce disceptatio fit.

Nec multo plura Ciceró & Quintilianus. [Quintilianus<sup>9</sup> de dispositio agit lib. 7. Quo in loco inter alia multa dicti & haec. Quapropter totus hic liber reuertit dispositions, quidem si certa aliqua via tradi in omnes materias vlo modo posset, non tam paucis consigillari. Et paulo post: Sed meminimur, inquit, ipsam dispositionem, plerique vilitate mutari, ne eadem semper primam questionem ex utraque parte tractandū. Cū sit autem dispositio, vt Cicero inquit, distributio rerū.] sic ferme & Quintilianus: Dispositio est vtilis rerum ac partium in loco distributio. Et alio quodam loco: Dispositio est rerum quam optimo ordine collectatio. In R̄ betonicis ad Herennium fuitur hoc modo, Dispositio est, per quam illa que inuenimus, in ordinem redigimus, vt certo quicunque loco pronuntiatur. Prout aliud alio prius post eritius quadrupliciter dicitur. [H]ec eadem fratre Aristoteles in iis que vocant postprædictam. Quanquam ista quinque significatum addit: quo id prius dicitur, quod tamen simul est tempore, tamen alterius causa efficitur. Tēpore nō precedit diū solis ortus: tamen quia causa diei est, idcirco prior est dicitur. Preterea Galatianum. Quod iuxta Gades est in Hispania.

*Historiographis & poetis, dum res exponunt, seruandum esse ordinem temporum. Quanquam non ab utrisque eodem modo id fiat.*

## CAP. VII

R<sup>o</sup>dinis ergo haec sunt discrimina. dicamus iam,  
quis ordo cui orationis generi conueniat, priusque  
de ea quæ expositione, deinde quæ argumentatio-  
ne constat. Quæ igitur expositionem habet oratio, si quidem

Historiogra-  
phis & poëtis  
quis ordo specta-  
dus.

verum gestarum ordinem aliquem decursumque recenset, naturalem temporum sequitur ordinem. Idque nedum securior est fidem captans lectorum historia. sed letius etiam liberiūs que poëma, ut quod oblectatidem solum auribus sit destinatum. Est tamen differentia poeticae dispositionis ab historicā, uel maxima, quod poëta solum quantum ad ipsius, hoc est, ad narrationis personam pertinet, in speciem sequitur temporum ordinem: quantum autem est ex rerum gestarum natura, plerumq; perturbat eas, atque à mediis orditum rebus, deinde quæ primæ fuerat, earum posterius personæ colore alicuius aut alio quoivis commento infert mentionem. Sic Virgilius (ut notissimo utamur exemplo) ab navigatione Aenea, qua in Africam tempestatis delatus est, initium facit, quæ fuit circa finem erroris eius. Troiae captiuitatem & labores eos, quibus septimum ad id annum, circum maria iactatus, ipse Aeneas, secundo deinde tertioque libro narrat. Quibus in rebus si sequamur colorē narrati poëtae, naturalis quidē est ordo: prius enim erat, ut Aeneas tempestate appelleretur in Africā, & Troiae excidium errorēsque suos Didoni narraret. Sin uero res ipsas respicimus, non personas, quibus dat oratione poetica, iam uidemus contrarium naturali, id est, artificiali ordinē esse. Prius enim neesse fuit capi Troiā, & Aeneā labores lōgē navigationis illius euoluisse, q̄ ex Sicilia in Africā ueniret: proinde quoq; artificialē hūc uocamus ordinē. Simile est in Comœdia atque Tragœdia. Si intuemur enim facie rerū, quæ deducuntur in actū, quæque personarū imitatione exprimitur, naturalis uidetur ordo. Ad totū uero fabulae complexū respiciunt, cū per se ab his quæ circa finem sunt, incipiunt scriptores: & quæ priora sunt, personarum uerbis per occasionem explicentur: quæque prima sunt, ea ultimis

quandoque iungatur: ut in Andria Teretij, simul naufragium Phannus aperitur, et nuptiae Paphili Glyceriique confidunt.   
 Hac qui videat, facile est cognitu, arte authoris huc ordine non rerum natura cōstatre. Facillime autem hoc poēmati continetur in quo actus sunt et personae, quod dāquatuor Græci uocant. Quoniā paratu ferē est, quamlibet orationē dare personae, qua cōmoditate sit, ut persepe dialogi quoq; lasciniāt, et in quoduis undecimq; libuit, deflectat: præfertim q; qui paulo letiores sunt. Cuius rei apud Græcos quidē, cū alios multos, tū in primis apud Lucianum est uidere expressa plurimas in formas exempla. Heroico carmini non est tanta copia huius rei. Ergo et personae quidem ordinem reuocant nonnumquam, iam picturā res exprimuntur: iam uates, manes, oracula, et præterita commemorant, et longe post uicturā prædicunt. Danda tamen his omnibus in hac libertate est opera, ut si non rerum quomodo ea gesta sunt, temporum tamen, quibus sub alienis personis saluus sit ordo, Historiae, cuius prima laus est ueritas, natura alii tātūm ordo conuenit, ne si fragmentis istis aurium gratiam capiat, fidē perdat. Ergo si forte historico narrādæ res essent Aeneæ, nō ille incipiet inde, unde Virgilius est orsus. Sed si uollet utiq; Troiæ excidiū narratione sua cōplete, ab ea faciet initium. Deinde sequetur errores Aeneæ: hæc q; suis, nō Aeneæ uerbis erūt dicēda. Tū deniq; dicet, quo pacto in Africæ littora sit uī tēpēstatis eiectus. Iā si qua fieri metio uerborū Didonis: quibus illa Troia Aeneæq; casus ab ipso percōtata sit, satis erit dixisse, omnia Aeneæ illi recēsiisse, et urbis ultimā nocte, et pericula quibus iactatus sit. Nec solum erit hic ordinatus in ratione tēporū, sed etiā eo modo prioris, quo dimicimus causam priorē esse enētis, et reliquis etiā ferē modis

Historiæ qui  
seruandus ordo.

DIALECT. LIB. III. 170

priores. Nā et cause rerū cōsiliaq; prius explicatur, et sic cubi insigniū uirorū metio interuenerit, describūtur natura et moresq; corū, quoniā et ipsi sicuti authores gestorēsq; rerū, natura præcedūt eas. Iā in locorū regionūq; situ describēdo, diligēter positionē corū sequatur oportet: et orationē uelut per loca circūferēti sibi, ut primū quōdq; occurrit, sic aptissimē primū dicetur. Quod si plures, et nullo inter se deuinctos ordine tractet historia, ut cū gesta eodē tempore plura describet bella, que quāuis simul geruntur, simul tamē narrari nequeūt, in his ferē scriptoris arbitrio steterit, quas res priores, quas deinde explicare uoleat, cōsulētq; præcipue rerū notiū, et quo pacto poterūt illæ cōmodissime cognosci, eū tradēdarū faciet ordinē. Sic Liuius, quādo res secūdo bello punico et in Italia et in Hispania, aliisque etiam locis nonnumq; uno tēpore gestas scribit, si quādo Hispaniæ res sumat scribendas, longiore nonnunquam tractu prosequitur eas: sic ubi uīsum fuerit, quāquā et interea aliae fuerint, aliis gestæ locis: quominus cōcisa interim et interrupta metio rerum, altera cognitioni alterius obstet. Sic Cornelius Tacitus egregius in primis (si quid ego intelligo) author historiæ, longiores in Batauis res gestas, et alio itē loco mulitorum annorum in Britannia bello coniungit: tum rursus ad aliarū rerū, quas abrupit, ordinem reuertitur.

Que hoc capite citatur ex Virgilio & Tarentio, ea omnia sunt nota vel pueris. Quæ ex Liuo & Tacto afferuntur, ea quemadmodum hoc loco paucis explicitari verbi hand quaquam posunt, ita ab eo, qui illorū libros cepit, evoluere circa negotium intelligi queunt. Quocirca nihil video quod hic remorati non debet, præterim, cū quæ de poēmate dramatico, & de veritate custodienda historiographis, dicenda erant, ea explicantia nobis sunt, superioris libri capite quarto & decimo exto. Itaque hiūm sit, corū quæ sequuntur explicatiōne aggrediemur, modo vnum illud his addicemus, circa finem capituli huius tam inscripto illo quo vii fūmus, quām in Louaniensi exemplari, candē planē cīle lectiōne, quam in his nostris. Verum enim uero si quid in meū iudicij, si quid omnino mutari fas est, aūm contendere, verba haec: sic ubi uīsum fuerit reditare, ac proinde expungēda es. Quod num recte an leuis ita uīsum sit mihi, secum expendat lector.

Z ij

primum sparsus longioribus  
deinde ualibus. Cū sit  
quæres scriptoris puer  
intra tempore in multis  
Hispanias ne me ab his  
pueris ad ea. Cūq; me  
scriptoris ad spes  
longe regrediat pro  
fideique dignitatē puer  
naturae uerba

hic cornelius tacit  
opere autem per se  
explicatio aucto

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

In tradendis artibus, primum refellendas esse sententias corū, qui contra, quām  
nos, senserint. Deinde à generalioribus tempor ad specialiora progrediendum.

CAP. VIII.

Quis ordo seniā  
dus in tradendis  
artibus.

N tradēdis artibus que maximē conueniat dispo-  
sitio, unius ex omnibus Aristoteles libris suis exa-  
etissimē uidetur effinxisse, uir cū omni ingenij lau-  
de multum, tum nescio an ordine rerum plurimū admiran-  
dus. Quoniam autem hoc est propositum cuiusque docētis, ut  
ex notiorū contēplatione, ignitora scrutetur, (qui solus est  
ordo nobis descendit) horūq; & aliorū ad alia collatione cō-  
statē quādā faciat de rebus fidē: nequit autē fides illa de re  
fieri, nisi si qua contraria sit accepta mentib⁹ persuasio, ea  
prius euellatur: primū est ergo, ut si quis dixerit aliquid ea  
de re quam tractamus aliter atque nobis uidetur, illius expu-  
guemus sententiam, si modo is sit, cuius mētio iure habeatur.  
Nam temeraria cuiusquam assertione permoueri inēptū est.  
Vt autem securitatis, hoc est, cōtemnere leniora, ita modestie  
præbet speciem dissimulasse eos, quorum usū est opinionē-  
que cunctorum recepta autoritas: aut quibus aliqui debe-  
tur ea ueneratio, aut contradictione illorum magis finis ir-  
ritatūr audientium animos, quām nobis adiūcturi. Sed hec  
iudicij sunt magis. Qod ordinis est, hoc sufficiet dixisse, ma-  
ximē naturale esse, ut antequam nostra cōfirmemus, amilia-  
mūr aduersa. Deinde cum nostra explicabimus, à generali-  
ribus, quoniā notiora sunt, semper ducedus erit ordo. Den-  
tē si non sī opinio p̄re-  
cepta populi, sed rati-  
onē debet, scilicet  
late patet, genera sīt, inque alias erunt species didicēd. Singula ergo, ut primum quodq; sumimus, sic erūt deinde tra-  
dicta: ut dicatur, que sit substantia eorum quod definien-  
do sit: si tamē eiusmodi res sit, ut sit definiēda, notiores enim  
definitiones profundas,

DIALECT. LIB. III.

163

sunt nōnunquam quādū ut hac indigeāt cura. Tum que par-  
tes sint r̄ ei, dicendum: si sint ea natura, aut possint aliquae  
earum fieri partes. Hinc ea, que proprietate cuiusq; ad-  
iact, dicentur, hoc est, quis illa, quā agit & patitur, & ea ip-  
sa quā agit quāque patitur, & que reliqua substantia rei  
circūstant. Illud tamen meminerimus, solum de re quaq; dicē-  
dū, id quod eo loco, quo de re dicimus, intra complexum rei  
ueniet, ea ratione, qua ipsam tractamus. Nam qui de tuenda  
sanitate hominis doctrinam instituet, dicet ille quidem de ho-  
mine, nō tamē utique dicenda sibi sumet omnia, que tracta-  
ri de homine possunt, nec quid sit mens hominis, nec que sint  
officia uitæ ad uirtutem ducentia, nec quo pæcto paretur ho-  
mini eloquentia. Pertinent hæc quidem ad hominem omnia,  
sed non ea ratione, qua sibi hic eum assumpit, id est, qua sani-  
tate tueri potest. Ad eōque fortasse non defuerit Aristotelī,  
qui cauilletur, quid in libris quos de physico auditu inscri-  
psit, de loco dixerit & uacuo. Quoniā his libris de eo quod  
mouetur in commune differuerit, ad cuius tractatum, locum  
et uacuum non uideri pertinere: sed his potius libris debui-  
sse de eo dici, quibus de eo quod ad locum mouetur differit,  
qui de celo & mundo uocantur. Sed datur ferè iusta liber-  
tas hæc magnis ingenii, ut quemadmodum locupletes patres  
familias in dominis suis aliquid licentius citra reprehensio-  
nem instituant, ita & doctissimi uiri indulgent quandoque  
animis suis, satisque rationis sit, illis ita placuisse.

Ad eōque fortassis non defuerit Aristotelī, qui cauilletur. ] Recē illud, cauilletur.  
Nam Aristoteli huius ordinis ac disputationis sua causam non plene fuisse asserti initio  
tertii libri physicorum. Satisque rationis sit, illis ita placuisse. ] Quemadmodum di-  
cere solebant audite Pythagora, & rō iō, ipse dixit.

Quis ordo seruandus iis, qui res uarias multiplicetque, nec illa certa ratione  
coherentes describunt.

CAP. IX.

Z iii

de loco spacio fortissim  
In Cœlo proutq; de celo  
in posson ob de loco  
Recte librae no de celo  
In genere In p̄fici  
aut tractat de celo  
nō sit no sit nō sit  
In loco & cito de celo  
Lolo agit & cito de celo  
In genere In p̄fici  
In de celo fol  
In uerbi & p̄fici  
egit sit sp̄s p̄fici  
In genere In p̄fici  
In genere In p̄fici  
In genere In p̄fici  
In de celo locali  
In p̄fici libri de celo alio  
In p̄fici libri de celo alio  
In genere In p̄fici  
In genere In p̄fici  
In genere In p̄fici

De dispositione  
in rebus multi-  
plicibus.  
Aristoteles.  
Theophrastus.  
Plutarch⁹ & Va-  
lerius Maximus.

T cū uariæ multiplicésque res in unum quoddā iungentur corpus, quale est, qui bistoriam anima- lium, aut plantarum, aut totius etiam rerum natu- rae (quemadmodū Plinius) complexi sunt, quale qui facta di- cláue clarorum virorum memorabilia, quale qui multiplicem & non unius corporis rerum commemorationem contexunt: bis aut per species rerum dispositio instituitur, redduntur q; cuncta suis generibus, quemadmodum Plinio à celo ordienti, deinde descendenti in terras, eisque naturam in cōmune red denti, tū per partes regionesque omnes prosequenti, deinde animantia & inanima omnia per suas diuisa differentias ex plicanti. Sic Valerius Maximus, res memorabiles, per virtu tum officiorumque humanaū genera dispartiuit. Hoc pacto medici morborum faciunt ordinem, ex partibus humani cor poris, & à capite ad pedes deducunt. Est etiam in quibusdam, non liberum modò uidere, & quem arbitrium diximus, ordinem, sed ad res planè solutum, & omnis prorsus ordinis experte, ut apud Quidū in Metamorphosi: qui in summa quidem rerum dēductione, temporum quandam seruat imaginem. uerū in fabularum ordine, quoniam diuersissimae sunt, nec facile in ordinem redigi possunt, libertate illa, & (ut ita dicam) poëtico lūsu figurarum omnium uititur, quibus cunque transiū ad connēctandas res fieri potest, quo commissuram quandam rerum nequaquam inter se coharentiū assequatur. Dispositionis itaque loco in istis, est rerum cōtex tus, nexusque eas & quidem diligentissime, ordinatas autem dicere non possis. Similiter Cornelius Tacitus in descriptio ne morum Germaniae, cum dixisset non esse Germanis au rum & argētum, tandem subiecit, ne ferrum quidem super est, sicut ex genere telorum colligitur. Ex cuius uerbi, hoc

est, telorum mentione, ad arma institutionēque rei militaris que apud Germanos est, delabitur. Deinde cum in sc̄enariorum mentione, quid hæ spectatrices etiam testēsque pugnati bus adhibeantur, postq; dicat uenerationem haberi pleris que earum, non adulatio[n]e, nec tanquam faciant deas, hinc cō tinuū subdit, deorum maxime Mercurium colunt. morēque religionum hinc sumpta occasione prosequitur. Abrumpit ta men nonnūquam hanc texturam, ne nimia & proinde leuior affectatio reprehendi possit. Est quidem hoc ordinis genus accommodatiūm historiæ, cuius narrationem uolubilem & nusquam insistētē esse conuenit, quod non efficeret, si certis finib; distincta concisāque esset, & singule partes suis essent discreta spatiis. Nunc adeo sunt nexa omnia, ut semel propemodum incipere, semel desinere uideatur. Quod si eadem hæ tractētur, non ab historico, sed à laudatore, uel qui aliis quomodolibet disputantis præ se speciem ferat, is ea distinguat, digerātque per species, dicatque primum, quæ natu ra regionis, quæ forma hominum, deinde, quis cultus erga diuina, quales bello, quales pace, cū publice tum priuatim, frugalitate uite, severitate matrimoniiorum, cultu liberorū, qua erga principes ueneratione, erga populares aequabilitate, erga hospites benevolentia, erga omnes fide, reliquāque uel ad hunc modum, uel alium quilibet, dum tamen appareat ordinem certum sequi eum, dicerēque unamquamque rem non eo loco quo sit oblata, sed quo sit ab initio disposita, atque desti nata. Libera tamen & hæ ipsa dispositionēdi ratio est, uel propter hoc, quid ad nullam unam ordinis legem potest alligari. Quisque enim ordinem qui sibi uisus est instituit: nec rerum naturam, sed animum suum sequitur.

Quam dispositionem esse conueniat in expositione oratoria. C. A. P. XX.  
Z. viij

Ibera ferè est etiam oratoria expositio ea, quam diximus alterius rei docendæ gratia parari solere: hactenus tamē libera, ut ordo cius nō ex dicentis voluptate, sed cause utilitate nascatur. Quoties tamē res ipsa non obstabit, temporū ordofuerit aptissimus. Quod si primæ narrationis partes asperiores fuerint favorabiliores reliquæ, non ab re fortasse sit, eis quæ benignius accipiatur, occupare animos, & ad priora deinde figura aliqua reverti. Aut si forte festinabit auditor, quo langueti adhuc animo eius morem geramus, optimū fuerit ab eis incipere, quibus notitia cause cōtinetur. At ubi excitatus fuerit, incaluerintq; aures eius oratione, tum si qua fuerint altius repentina, ut sēpē solent, præcedunt enim pleraque causam lōgius: quibus præcipiūs fauor, maximāq; eius cōtinetur momenta, ea cum quæstiones explicabimus, quibus aptissime iungi poterunt, tū erunt inserenda. Quam quidem rem uilem esse, facilius est ratione colligere, quam authorum exemplis: quoniam rectus ille melior utique est ordo quam iste necessitate detortus. Qui mandat autem literis actionem, quæ sunt optima, ea scribendo maximè cupit exprimere, ne si aliter faciat, non auditoris importunitas, quæ ex scriptis cognosci non potest, defendenda in ea, sed sua ipsius infictia culpanda uideatur. Iam uero partimur interim narrationem, & id quod alio loco utilius dici poterit, reseruamus, ut in declamatione, quæ (genimi lāguētes) inscribitur, Quintil facit. Cū enim ordo mortis quo alter ex geminis in alterius salutem occisus dicitur, plurimum inuidiae reo mouere potuisset, ad epilogum maluit differre eum, q; uehementiori affectui hic aprior esset locus. Cicero itē pro Cluētio, cū prioris cause narrationi, que iudicij corrupti erat, cōtinuo morte Oppianici, & quæstiones

de eo habitas subiungere potuisset, maluit differre eam ad proprium cause sūc tractatum, quæ ea de re peragebatur. Contra uero matris odium, quod proprium illius erat cause, cuique nihil negotij cum causa corrupti iudicij erat, id tamen primum putauit narrandum. Eratque alioquin temporis ordine primum, quod quanquam non fuisse primum, tamen narrandum fuisse contenderim: quoniam matri, qua tota causa maxime premebat, detrahēda ante omnia fuit authoritas. Itaque quanquam pars narrationis uideri potest, quemadmodum & est utique narratio, usum tamen & affectum prope modū eius partis exordij præbet, qua aduersari odium, nobis benevolentiam conciliamus. Eiusdem etiam prudentiæ consiliūque est, quod non nudum rerum ordinem continua narratione complectitur: sed subinde erumpit in affectus: & quibusdam, uelut digressionis, aut indignationis causa, uentis cōturbat. Cuiusmodi est à principio statim: Nam Sæsia mater huius Habiti (mater eum à me nominis causa, tametsi in hunc hostili odio & crudelitate est, mater inquam appellabitur) & quæ sequuntur. Deinde non ita multo post: O mulieris scelus incredibile, & reliqua item. Tum in fine huius partis effusus, iam initium quod huic cum matre fuerit simultatis audiisti. Sic & in Oppianici criminibus recensendis, post nuptias Sæsiae & Oppianici: Scenio, inquit, iudices uos pro uera humanitate his tantis sceleribus breuiter à me demonstratis uehementer esse commotos. Et paulo post iterum de Auria fratri uxore prægnante sublata, Rursus maiore copia post Scamandri Fabritijque condemnationem de ratione iudicij corrupti, cum uelut aditum aperit, ut id non à Cluentio, sed ab Oppianico doceat esse corruptum. Videmus itaque hac narrandi diligentia artificioque sic iaci ab eo fun-